6.12.d.18

Digitized by Google

MONITA ISOCRATEA

JACOBI FACCIOLATI

STUDIO

COLLECTA ET EXPLICATA.

Editio altera locupletior.

Bibliothecæ Ed. et Sancratii

PATAVII, Typis Seminarii, MDCCXLI.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU.

Ex dono P. Paulini a S. Bartholomeo
Carm. Ex. Miss. Ap. 1806.

Digitized by Google

JACOBI FACCIOLATI

Epiſtola præmiſſa editioni primæ

A D

ANDREAM PISANUM

HERMOLAI FILIUM

ALOYSII

VENET. DUCIS NEPOTEM.

MOnita Iſocratea, quæ in noſtro hoc domeſtico ludo Latine reddidiſti, ac memoriæ mandaſti, NOBILISSIME ADOLESCENS, typis edita exſtare volui; ut ſi forte exciderint, rurſus oculis animoque ſubjicere poſſis. Adſcripſi porro ſingulis, ubi ſtilum ſubiere, ſimilia quædam, ex omni antiquitate petita, non ſolum ut pondus & auctoritatem illis adiicerem, ſed multo magis ut ingenium tuum, natura

velox & moræ impatiens, collatione iſta detinerem. Valet enim plurimum præcepti brevitas ad arripiendum, quod præcipitur; ſed meditatione aliqua opus eſt ad retinendum, quaſique concoquendum, quod arripueris. Ceterum nunquam ego tibi, aut cuiquam ex iis, qui ſe mihi in diſciplinam dederunt, ingentia volumina ad formandos mores apponam. Siquidem, ut ſcribit Seneca Epiſt. 94. *Omnium honeſtarum rerum ſemina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter quam ſcintilla, flatu levi adjuta, ignem ſuum explicat.* Exigua hæc ſunt, ſed myſteriis ſimilia, ut Plutarchus ait de antiquis proverbiis, in quibus maximæ res minutis ſignis expreſſæ continentur. Ac prioris quidem Orationis Monita ad privatæ vitæ inſtitutionem pertinent; reliqua eum ſpectant, qui in ſpem creſcit reip. adminiſtrandæ. Ubi cum imperio & poteſtate eris, non facile tibi accedent, qui libere loquantur; ideoque ætas iſta tua

ma-

matura inſtituenda & formanda eſt ad illam fortunæ amplitudinem, in qua pauciſſimi monitorem ferunt. Quamquam domi inſtitutores habes, ſi uti volueris, ut certe voles pro indole iſta naturæ atque ingenii tam mirifica. Vidiſtine unquam, audiſti, didiciſti aliquid ab optimis PATRUIS, aut a SERENISSIMO AVO tuo, niſi ad perfectam pietatis ac prudentiæ normam directum & compoſitum? Qua in domo ſunt aut religionis in Deum, aut caritatis in Patriam, aut in cives & in omne genus hominum benevolentiæ documenta plura? Cogita, num poſſis in luce tanta virtutum atque exemplorum ignorare, quo ſit eundum; aut, cum talia videas, ducesque habeas ejuſmodi, num liceat aberrare. Attamen ego quoque pro mea virili parte auxilia fero, *ſapientiam antiquorum*, *narrationes virorum nominatorum*, *occulta proverbiorum*, ut ſacris verbis utar, ab Eccleſiaſtico ſumtis c. 39. Lege, perlege, animo imbibe. Nam te ta-

cito quodam ſenſu ita afficient & conformabunt, ut omnia officii vitæque munia ſine ullo labore, addo etiam ſumma cum jucunditate, ad recti honeſtique regulam exſequaris. Vale.



IN-

INDEX

I. MONITA LXXX.

Ad privatæ vitæ inſtitutionem ex Oratione Iſocratis prima.

II. MONITA LXVII.

De officio Principis erga civem ex Oratione Iſocratis ſecunda.

III. MONITA XXXX.

De officio civis erga Principem ex Oratione Iſocratis tertia.

AD LECTOREM.

Amdiu animadverterunt viri eruditi, Orationem ad Demonicum non eſſe magni illius Iſocratis Athenienſis, Theodori filii, cujus ſchola eloquentiæ officina habita eſt. Harpocration eam refert ad Iſocratem Apolloniatem, Amiclæ filium, ſenioris diſcipulum, cujus ferebantur orationes quinque, ut ſcribit Suidas, inter quas προτρεπτικὸς λόγος, *fortaſſe hæc ipſa, quæ alio nomine* παραίνεσις *dicitur. Vide Monitum XXIX. Dionyſius Alicarnaſſeus auctorem ejus facit juniorem quendam Iſocratem, ſodalem ſuum, in methodo Orationum* προσφωνηματικῶν, *cujus verba afferam ad Monitum XXI. Neque vero mirum eſt, ſimilitudine quadam ſermonis, quæ plurimis in locis apparet, inductos fuiſſe pleroſque, quorum princeps Hermogenes, ut hanc ipſam ſeniori Iſocrati tribuerent, præſertim cum ille quoque ad privatæ vitæ inſtitutionem ſcripſerit, ut ſignificat idem Dionyſius* περὶ τῶν ἀρ-

χαίων

χαίων ῥητόρων p. m. 98. Ἔχων πολλὰς αὐτῷ καὶ ἄλλας δεξιέναι λόγους πρὸς πόλεις τε, καὶ δυνάστας, καὶ ἰδιώτας γραφέντας, ὧν οἱ μὲν εἰς τὸν βίον καὶ σωφροσυνίλω τὴ πλήθη παρακαλοῦσιν, οἱ δὲ εἰς μετριότητα καὶ νόμιμον ἀρχὴν τοὺς δυνάστας προάγουσιν, οἱ δὲ κοσμίους τῶν ἰδιωτῶν ἀπεργάζονται τοὺς βίους, ἃ δεῖ πράττειν ἕκαστον ὑποτιθέμενοι. h. e. Cum poſſim alias præterea multas ejus Orationes recenſere ad civitates, & principes, & privatos homines ſcriptas; quarum primæ ad modum & rationem in vita ſervandam populum adhortantur; ſecundæ ad moderationem, & legitimum imperandi morem principes impellunt; tertiæ modeſtam & temperatam privatam vitam efficiunt, quæ facere unumquemque deceat, præſcribentes. *Ex hoc tertio genere videtur illa ipſa, de qua loquimur: in primo & altero duæ illæ procul dubio ſignificantur, quæ Nicoclis gratia ſcriptæ ſunt; in quibus munia & officia cum regis erga populares ſuos, tum populi erga regem explicantur. Quod ego iccirco monere volui, quia vir ſummus Henr. Stephanus negat, apud veteres Scriptores, qui Iſocratis opera recenſent, earum mentionem*

fie-

ſieri: videturque & in Diatriba 2. & in Præfatione ad Iſocratis Orationes eorum Criticorum ſequi ſuſpiciones, qui iſtas quoque a ſeniore Iſocrate abjudicant, & ad alium quemvis traducere conantur. Ac de Oratione quidem ad Demonicum facile inter nos convenit; quia multi in ea ſunt dicendi modi paullo duriores, & a ſummi illius Athenienſis Oratoris conſuetudine valde alieni: at in duabus iſtis quid eſt non plane nitidum & uſitatum, modiſque omnibus & numeris expolitum? Mihi ſane, cum eas in manus ſumſiſſem, ut civilis doctrinæ præcepta quædam excerperem, non ipſe modo verborum totiuſque Orationis ſonus viſus eſt ſenioris Iſocratis ſtilo dignus; ſed multæ inſuper occurrerunt ſententiæ, quæ eædem prorſus, totidemque expreſſæ verbis, in reliquis ejus Orationibus reperiuntur. Has porro ſententias ſuis locis adſcripſi, tum ut Monitis ipſis majorem quandam lucem afferrem, tum etiam ut omnem de Auctore controverſiam tollerem. Controverſiam dico? Si qua eſt, aut eſſe poteſt, eam ſuſtulit Iſocrates ipſe, qui in Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως perſpicue declarat, ſe Oratio-

nem

nem de Regno ad Nicoclem ſcripſiſſe; ejuſque argumentum affert, & ſententias quaſdam. Nunc quid opus eſt pluribus? Habes duos Iſocrates, & ab utroque munus egregium, ideſt ſapientiam. Ea paucis conſtat, niſi fallor. Siquid tamen fuſius aut ad animi oblectationem, aut ad vitæ uſum, aut etiam ad dicendi artem, quam ſententiæ animo retentæ plurimum juvant, ut ſcribit Ariſtoteles in tertio Rhetorico; ſiquid, inquam, fuſius requires, ex iis locis petere poteris, quæ tibi in noſtris adnotationibus ſignificantur. Ne illud quidem tacere volo, me in hac interpretatione, non tam ſæpe ſingulorum verborum, quam ſententiæ rationem habuiſſe; ut & Latina minore cum tædio legerentur, & Græca ad primas linguæ hujus exercitationes in ſcholis adhibita, negotii aliquid pueris afferrent. Ex multis commodis, quæ mihi animo in ſcribendo propoſui, minimum quodvis pretio ſuo operam tam levem ſuperabit. Vale.

MO-

ΕΚ ΤΗΣ
ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΩΣ

Πρὸς Δημόνικον τὴν Ἱππονίκου.

I. Πρῶτον μὲν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς Θεοὺς, μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον, τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκἀγαθίας τεκμήριον.

II. Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως· οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις ἐμμένειν.

III. Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὴν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας.

IV.

δὲ ἄνδρας τοῖς ὅρκοις. *Oportet pueros talis decipere, viros jurejurando.*

II. *Divos præsides*) In Græco est δαιμόνιον, quo nomine intelligebant loci Genios & Semideos. In carminibus Pythagoreis, quibus tota hæc sententia exprimitur, habemus ἥρωας ἀγανοὺς, & καταχθονίους δαίμονας. De his Cicero l. 2. de leg. c. 11. *Ex hominum genere consecratos, sicut Herculem, & ceteros, coli lex jubet.* Ego vero iis verbis reddidi, quæ moribus nostris institutisque conveniant.

III. Sumptum est ex Thalete lib. 1. apud Diog. Laert. n. 37. Non dissimile est illud Ecclesiastici c. 3. n. 6. *Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis.* Nomine au-

IV. Suſcipe exercitationes, non quæ corpus robuſtum faciant, ſed quæ ſanum. Hoc autem aſſequeris, ſi laborem intermittes nondum plane fatigatus.

V. Neque riſum effuſum ames, neque ſermone utaris nimis audaci. Illud enim ſtolidi eſt, hoc furioſi.

VI. Quæcunque facere turpe eſt, ea dicere quoque turpe exiſtima.

VII. Noli eſſe triſtis & vultuoſus, ſed potius cogitabundus. Per illud enim ipſe tibi placens ac ſuperbus, per hoc prudens videberis.

VIII. Velim tibi perſuadeas, decere te vel in primis modeſtiam, verecundiam, juſtitiam, continentiam. His enim omnibus adoleſcentum mores contineri videntur.

IX. Noli ſperare, ſi quid turpe facias, latere te poſſe. Ut ut enim aliis lateas, ipſe tibi non latebis.

X.

autem *parentum* intelligit Iſocrates illos omnes, qui nobis a natura, vel a parentibus ipſis loco parentum dati ſunt. Magiſtri quoque hac voce ſignificantur, ut eſt apud Clementem Alexandr. l. 1. Strom. ſub init.

IV. Ita Celſus lib. 1. c. 2. *Exercitationis plerumque finis eſſe debet ſudor, aut certe laſſitudo, quæ citra fatigationem ſit.* Id præſertim eo ſpectat, quia corporis fatigationes, ſi nimiæ ſint, impediunt ſtudia & cetera mentis opera, ut ſcribit Plutarchus de liber. educat.

corpus robuſtum) Notat, opinor, Lacedæmonas, qui omnes exercitationes ad corporis robur referebant: in quo & ab Ariſtotele reprehenduntur l. 8. Polit. c. 4.

V. Eccleſiaſticus c. 21. n. 23. *Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacite ridebit.* Epictetus Enchir. c. 43. γέλως μὴ πολὺς ἔςω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος. *Riſus ne multus ſit, nec de multis, nec effuſus.*

VI.

IV. Ἄσκει τὴν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὸ πρὸς τὸ ῥώμῃ, ἀλλὰ τὸ πρὸς τὸ ὑγιείᾳ συμφέροντα· τοῦτο δ' ἂν ὀφθυγχάνοις, εἰ λήγοις τὴν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος.

V. Μήτε γέλωτα προπετῆ σέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μωρικόν.

VI. Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

VII. Ἔθιζε σαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σεμνόν. δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις.

VIII. Ἠγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν κόσμον, αἰσχυνίλῃ, δικαιοσυνίλῃ, σωφροσυνίλῃ. τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τὴν νεωτέρων ἦθος.

IX. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· κἂν γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷγε συνειδήσεις.

X.

VI. Hoc traductum eſt inter Publii Syri Mimos n. 793. *Quod facere turpe eſt, dicere honeſtum ne puta.* Iſocrates ſumſit fortaſſe ex Herodoto de Perſis lib. 1. edit. Steph. p. 27. Ὁκόσα δέσποτι ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. *Quæcunque autem ipſis facere non licet, ea neque dicere licet.*

VII. *vultuoſus*) Horatius l. 1. ep. 18. v. 94. *Deme ſupercilio nubem.* Cicero de amic. c. 18. *Triſtitia & in omni re ſeveritas abſit.*

tibi placens) Ex Proverb. Catonianis apud Cl. V. Alb. Fabricium in Bibl. med. & inf. Lat. t. 5. p. 50. *Non placet ille mihi, quiſquis placeat ſibi multum.*

VIII. Hic κόσμος idem eſt, atque κοσμιότης, ἀκοσμία, τὸ κόσμιον. Sed multa ſunt in hac oratione ſingularia.

IX. Seneca ep. 27. *Scelera etiamſi non ſint deprehenſa, cum fierent, ſollicitudo non cum ipſis abit.* Juvenalis Sat. 13.

Nocte dieque tuum geſtas in pectore teſtem.

Attamen *quoto cuique* (inquit Plinius l. 3. ep. 20.) *eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ palam? Multi famam, conſcientiam pauci verentur.*

X. Deum time, parentes honora, amicos obſerva, legibus obtempera.

XI. Voluptates quære, quæ cum aliqua gloria conjunctæ ſunt. Quod enim delectat, ſi honeſtate non caret, optimum eſt; ſi caret, peſſimum.

XII. Cura ut criminationes a te removeas, etiamſi falſæ ſint. Populus enim veritatem ignorat, & opinionem ſequitur.

XIII. Quæcunque facis, perinde facito, ac ſi nullo modo latere debeant. Etſi enim in præſenti latere poſſint, poſtea in lucem venient.

XIV. Vir probus & honeſtus eo vel maxime videberis, ſi ea non facies, quæ alii cum faciunt, ipſe reprehendere ſoles.

XV.

X. Solon apud Diog. Laert. lib. 1. n. 60. θεὸς τίμα, γονέας αἰδῦ. Quam ſententiam carmine expreſſit Phocylides: πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. *Primum cole Deum, poſtea tuos parentes*. Iſocrates dixit φοβῦ, *time*. In ſ. litteris paſſim *Dei timor*, ideſt cultus & religio, inculcatur. Obſervandum eſt enim, analogiam quandam eſſe inter *timorem* & *religionem*: quod notavit Servius ad Virgilium Æn. 2. v. 715. Apud Perſium Sat. 2. v. 31. *Metuens Divum matertera*, id eſt religioſa. Apud Silium l. 1. v. 82. *Templum patria Tyriis formidine cultum*. ideſt religione. Eodem ſenſu uſurpat *formidinem* Horatius l. 1. epiſt. 6. v. 4.

XI. Eamdem fere ſententiam expreſſit Iſocrates ſenior in Oratione, quam habuit Nicocles. Τούτας προειλόμην τῶν ἡδονῶν, αἳ τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις μηδεμίαν τιμὴν ἐχούσας, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταῖς δόξαις ταῖς δι' ἀνδραγαθίαν γινομένας. *Eas mihi voluptates delegi, non quæ nullam actionum laudem continerent, ſed quæ ex recte agendi gloria exiſterent*. Ex Diſtichis Catonianis, cujuſcunque ſint auctoris:

Si famam ſervare cupis, dum vivis, honeſtam,

Fac

X. Τὰς μὲν θεὰς φοβᾶ, τὰς δ' γονεῖς τίμα, τὰς δ' φίλας αἰχύνα, τοῖς δὲ νόμοις πίθα.

XI. Τὰς ἡδονὰς θήρα, τὰς μετὰ δίξης. τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δ' τούτου, κάκιστον.

XII. Εὐλαβοῦ τὰς ὑποβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὸ μὲν ἀληθεὶς ἀγνοοῦσι, πρὸς δ' τὸ δόξαν ἀποβλέπουσιν.

XIII. Ἅπαντα δόκει ποιεῖν ὡς μηδένα λήσων· κἂν γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.

XIV. Μάλιστα δ' ἂν δοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ὀπτιμώης.

Fac fugias animo, quæ ſunt mala gaudia vitæ.

XII. Eccleſiaſtes c. 7. n. 8. *Calumnia conturbat ſapientem, & prodet robur cordis illius.* Cicero de amic. c. 17. *Nec vero negligenda eſt fama.*

opinionem ſequitur) Hinc Syrus in Mimis n. 8. *Ad calamitatem quilibet rumor valet.*

D. Hieronymus Epiſt. Select. 40. *Caveto omnes ſuſpiciones; & quidquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, ante devita.*

XIII. Vetus eſt apud Græcos ſententia: πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. *Omnia retegens tempus in lucem profert.* D. Matthæus c. 10. *Nihil eſt opertum, quod non reveletur: & occultum, quod non ſciatur.* In P. Syri Mimis n. 574.

Nullum ſine teſte putaveris ſuo locum.

XIV. Idem monebat Thales apud Diogenem Laert. lib. 1. n. 36. unde ſumſit Iſocrates. Auctor Diſtich. Caton. l. 1. *Quæ culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe.*

Id ipſum ſignificatur in Epimythio fab. 3. apud Avianum:

Nam ſtultum nimis eſt, cum tu praviſſima textes,
Alterius cenſor ſi vitioſa notes.

Hinc D. Hieronymus Epiſtol. Select. 87. *Accuſamus ſæpe quod facimus; & contra noſmet ipſos diſerti, in noſtra vitia invehimur,*

XV. Si eris diſcendi cupidus, plurimum diſces.

XVI. Quæ ſcis, cura ut retineas meditando; quæ autem neſcis, cura ut petas ex diſciplinis.

XVII. Æque turpe eſt utilem ſermonem cum audis, nihil diſcere, ac boni aliquid ab amicis datum non accipere.

XVIII. Confer vitæ otium in ſtudia litterarum & artium. Sic enim tibi continget facile diſcere, quæ ab aliis cum labore ac difficultate ſunt inventa.

XIX. Tute tibi perſuade, multas acroaſes multis pecuniis eſſe meliores. Iſtæ enim celeriter dilabuntur; illæ autem per omne ævum durant. Siquidem ſapientia ſola poſſeſſio firma & æterna eſt.

XX. Ne tibi moleſtum ſit, longum iter ſuſcipere ad eos, qui utile aliquid ſe docere profitentur. Turpe enim eſt, mercatores tam va-

XV. Huc pertinet illud Proverb. 15. n. 14. *Cor Sapientis quærit doctrinam*. Ex hoc fortaſſe Iſocratis loco ſumtum eſt illud Diſtich. Caton. l. 4.

Ne pudeat, quæ neſcieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil diſcere velle.

Itaque Plinius hac de cauſſa laudat Avitum l. 8. epiſt. 23. *Hæc ejus præcipua eruditio, quod diſcere volebat*. V. Senecam Epiſt. 76.

XVI. Salomon Proverb. c. 19. n. 27. *Non ceſſes, fili, audire doctrinam, ne ignores ſermonem ſcientiæ*. Ita Plinius Baſſo ſuo lib. 4. ep. 23. *Cognovi te multum diſputare, multum audire, multum lectitare; cumque plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere*.

XVIII. Socrates apud Diog. Laert. l. 2. n. 31. ajebat unicum bonum eſſe ſcientiam, unicum malum inſcitiam. Quamvis enim ſcientia, ut ait Seneca epiſt. 89. vir-

XV. Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ καὶ πολυμαθής.

XVI. Ἃ μὲν ἐπίστασαι, διαφύλαττε τῇ μελέταις. ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προσλάμβανε τῇ ἐπιστήμαις.

XVII. Ἡγοῦ ὁμοίως αἰσχρὸν ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μανθάνειν, καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαμβάνειν.

XVIII. Καταναλίσκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν. οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν.

XIX. Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω· τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει. τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει· σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

XX. Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους· αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν ἕνεκα τῶν πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν. τοὺς δὲ

virtutem dare non possit, animum tamen ad accipiendam illam præparat. Ex Distich. Catonian. l. 4.
Discere ne cesses: cura sapientia crescit.

XIX. Ex Distich. Catonian. l. 4.
Disce aliquid: nam cum subito fortuna recedit,
Ars remanet, vitamque hominis non deserit unquam.
Idem docet Phœdrus lib. 4. fab. 21. per Simonidis naufragium, in quo ipse unus nihil amisit, quia ejus opes sapientia dumtaxat continebantur. In sacris litteris sæpe comparatur sapientia cum divitiis, iisque præponitur, præsertim vero in Salomonis Proverbiis c. 3. n. 15. & c. 8. n. 10. & c. 16. n. 16.

XX. Veteres longa itinera suscipiebant ad eos, qui doctrinæ fama celebrabantur. Cicero de Fin. lib. 5. c. 29. *Cur Plato Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros & cœlestia acciperet? Cur post Tarentum ad Archytam? Cur ad ceteros Pythagoreos*, &c. *Cur ipse Pythagoras & Ægyptum lustravit, & Persarum Magos adiit, cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit?* Itaque sapiens, ut dicitur Ecclesiast. c. 39. 5. *In terram alienigenarum gentium pertransiet*.

vaſta metiri maria, ut augeant opes ſuas; adoleſcentes autem ne terreſtre quidem iter ferre poſſe, ut meliorem animum faciant.

XXI. Fac ſis moribus officioſus, ſermone blandus & comis. Eſt autem officii eos ſalutare, qui obviam fiunt; comitatis benevole appellare.

XXII. Humaniter age cum omnibus, ſed utere optimis. Sic enim & his amicus eris, nec aliis inviſus.

XXIII. Ne frequenter cum iiſdem verſeris; nec de rebus iiſdem longos ſermones habeas. Omnia enim ſatietatem afferunt.

XXIV. Exerce te laboribus voluntariis; ut ferre poſſis non voluntarios.

XXV. Quibus animum teneri turpe eſt, in his omnibus continens eſto, in quæſtu, in ira, in voluptate, in dolore. Eris autem in quæſtu talis, ſi ea tibi utilia putabis, quibus bene audias, non quibus dives fias: in ira, ſi ſimi-

XXI. Cicero l. 2. Officior. c. 14. *Difficile dictu eſt, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitaſque ſermonis.* Itaque Plutarchus de liberor. educat. vult adoleſcentes eſſe φιλοπροσηγόρους, & comiter alloqui compellantes ſe. Huc ſpectavit Dionyſius Alicarnaſſeus, cum ſcripſit initio methodi Orationum προσφωνηματικῶν p. m. 37. Ἰσοκράτης μὲν ὁ σὸς ἑταῖρος ἐμός, ὦ Ἐχέκρατες, εἴπερ ἄλλο τι, φησὶ χρῆναι προσεῖναι τοῖς σπουδαίοις ἀνθρώποις, ἐν τῇ παραινέσει τῇ πρὸς τὸν Ἱππονίκου, τὴν φιλοπροσηγορίαν. ὅπερ ἐστὶ τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. h. e. *Iſocrates quidem, tuus & meus ſodalis, o Echecrates, oportere ait ineſſe bonis viris, ſi quicquam aliud, in adhortatione ad filium Hipponici, etiam affabilitatem; quæ in eo conſiſtit, ut obvios alloquamur.* Hinc apparet, Orationis hujus auctorem fuiſſe Iſocratem quendam Dionyſii æqualem.

XXII.

νεωτέρους μὴ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ὅπως τῷ βελτίω κατασκευάζειν τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν.

XXI. Τῷ μὲν τρόπῳ γίγνου φιλοφροσύνορος, τῷ δὲ λόγῳ ἀφροσύνορος· ἔστι δὲ φιλοφροσυνορείας μὲν τὸ φροντίζειν τοὺς ἀπόντας, ἀφροσυνορείας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν.

XXII. Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίοσι· ἕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γνώσῃ.

XXIII. Τὰς ἐντάξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς τοῦ τοῦ αὐτοῦ· πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων.

XXIV. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

XXV. Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τοῦ ψυχροῦ αἰσχρὸν, τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης· ἔστι δὲ τοιοῦτος, ἂν κέρδη μὲν εἶναι νομίζῃς δι' ὧν ἀδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν ἀπορήσεις· τῇ δὲ ὀργῇ ἂν παραπλησίως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ

XXII. Ex libello, qui inſcribitur *CATO: Cum bonis ambula*. De conſuetudine eum optimis inſtituenda vide Orat. Secundæ Monita XXXVII. & XLV.

XXIV. De laboribus voluntariis ad vires exercendas multa ſunt in Græcarum Civitatum inſtitutis. Cicero Tuſcul. 2. c. 14. *Illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt, corpora juvenum firmari labore voluerunt.*

XXV. *Quibus bene audias*) in P. Syri Mimis n. 66. *Bene vulgo audire eſt alterum patrimonium.*
Ib. *Damnum appellandum eſt cum mala fama lucrum.*
voluptatibus ſervire) in P. Syri Mimis n. 904. *Stultum imperare reliquis, qui neſcit ſibi.*
aliorum calamitates reſpexeris.) Huc pertinet fabula 2. in Phœdri Append. quæ ita clauditur:
Heu, inquit unus, ſunt & alii, quos timor
Vexat malorum. Ferte vitam ut ceteri.

bo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ſimiliter te geres erga eos qui peccant, atque alios cupies ſe gerere erga te, cum peccaveris: in voluptate, ſi turpe putabis famulis quidem imperare, voluptatibus autem ſervire: in dolore, ſi aliorum calamitates reſpexeris, teque hominem eſſe memineris.

XXVI. Fidelius ſerva depoſita verborum, quam pecuniarum. Oportet enim tales apparere bonos viros, ut eorum mores majorem fidem mereantur, quam jusjurandum.

XXVII. Perinde tibi perſuade non eſſe credendum malis, ut bonis credendum eſt.

XXVIII. Quæ arcana & occulta ſunt, nemini dicas: dummodo ea ſilentio tegi, æque tibi expediat qui dicis, atque iis qui audiunt.

XXIX. Jusjurandum tibi delatum accipe duabus de cauſſis, vel ut te ipſum turpi criminatione liberes, vel ut amicos a periculis ſer-

hominem eſſe memineris.) Hoc ſe moneri quotidie volebat Philippus a ſervo, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſtor. l. 8. c. 15. Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ. *Philippe, homo es*.

XXVI. Plutarchus de pueror. educat. ſcribit, iccirco a veteribus myſteria quædam fuiſſe inſtituta, quæ proferre nefas eſſet, ut homines cuſtodiendis arcanis aſſueſcerent, & per fidem divinam ad humanam ducerentur. Huc facit illud Salomonis Proverb. c. 11. n. 13. *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum*. Adde cap. 20. n. 19., & Eccleſiaſtici cap. 27. n. 17. Adde & Horatium l. 1. Sat. 4. v. 84. & lib. 1. ep. 18. v. 38.

quam jusjurandum) Huc pertinet illud Solonis apud Diog. Laert. l. 1. n. 60. χαλεπαγαθίαν ὅρκῳ πιστοτέραν ἔχε. *probitatem jurejurando fideliorem puta*. Itaque Xenocratem, cum ad aram acceſſiſſet teſtimonium dicturus,

τὰς ἄλλας ἔχειν ἀξιώσεις· ὧν ὃ τοῖς τρόποις, ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τῇ μὲν οἰκετῇ ἄρχειν, τῇ δ' ἡδοναῖς δουλεύειν· ὧν ὃ τοῖς λυπηροῖς, ἂν τὰς τ' ἄλλων ἀτυχίας ὑπολέπῃς, καὶ σεαυτὸν ὡς ἀνθρωπον ὢν ὑπομιμνήσκῃς.

XXVI. Μᾶλλον τίμει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακατιθήκας· δεῖ γὰρ τὰς ἀγαθὰς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένας.

XXVII. Προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν.

XXVIII. Περὶ τ' ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως ξυμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαί σοί τε τῷ λέγοντι, κἀκείνοις τοῖς ἀκούσιν.

XXIX. Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου, διὰ δύο προφάσεις, ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων ἀφιστάζων· ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα

rus, judices jurare prohibuerunt; ut eſt apud Valerium Max. l. 2. c. 10. n. ult. & apud Ciceronem l. 1. ad Att. ep. 16.

XXVII. Utramque partem hujus Moniti complexus eſt Phædrus lib. 3. fab. 10.

Hippolytus obiit, quia novercæ creditum eſt;
Caſſandræ quia non creditum, ruit Ilium.

Ad partem primam pertinet illud Plinii l. 1. ep. 5. *Gratia malorum tam infida eſt, quam ipſi.*

XXVIII. Qui arcana tacere nequit, eum Salomon Proverb. 25. n. 28. *comparat urbi patenti & abſque murorum ambitu.* Eccleſiaſticus c. 19. n. 8. *Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum.*

XXIX. *Jusjurandum delatum*) ἐπακτὸς ὅρκος jusjurandum eſt ab alio delatum. Harpocration ait eſſe, quod quis ſponte ſuſcipit, ὃν αὐτόσις ἑκὼν αὑτῷ ἐπάγεται. & hunc ipſum Iſocratis locum innuit, imo Iſocratem Apolloniatem vocat. Siquis velit ei fidem negare, facile poteſt utroque ex capite. V. Præfat. & Monitum XXI.

nullum Deum jurabis). Id videtur ſumtum a Clinia Py-

ſerves. Pecuniæ autem cauſſa nullum Deum jurabis, neque ſi vere juraturus ſis. Videberis enim aliis pejerare, aliis pecuniam cupidius quærere.

XXX. Neminem tibi amicum facias priuſquam quæſieris, quomodo aliis ante te amicis uſus ſit. Talem enim erga te fore ſpera, qualis fuit erga illos.

XXXI. Tarde amicus fias, ſed cum factus fueris, fac ut perſeveres. Æque enim turpe eſt, nullum amicum habere, & amicos ſæpe mutare.

XXXII. Neque cum damno experire amicos, neque committas, ut ſine experimento ſis. Hoc autem facies, ſi cum minime indigebis, finges te indigere.

XXXIII. Communica cum illis tanquam arcana, quæ arcana non ſunt. Si enim fidem non ſervabunt, nihil damni facies; ſi ſervabunt, de moribus eorum certior eris.

XXXIV. Proba amicos ex vitæ infortuniis, & communione periculorum. Nam aurum cognogno-

Pythagorico, de quo D. Baſilius in Paræneſi ad Adoleſcentes, p. m. 15. Ἔξὸν δὶ ὅρκυ τριῶν ταλάντων ζημίαν ἀποφυγεῖν, ὁ δὲ ἀπέτισε μᾶλλον, ἢ ὤμοσε, κὰν ταῦτα ἀληθῆ μέλλων. *Cum trium talentorum jacturam jurando poſſet effugere, ſolvere maluit, quam jurare, etiamſi vera juraturus eſſet.* Epictetus Enchirid. c. 44. Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν. εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων. *Jusjurandum recuſa, ſi fieri poteſt, omnino; ſin minus, quantum potes.* Multa ſunt in ſ. litteris ſimilia.

XXX. Præceptum Epicharmi eſt, cujus hemiſtichium habet Cicero in fine epiſt. 1. lib. 3. ad Q. Fratr. γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται. *Vide, quomodo alio uſus ſit.*

XXXI.

θεὸν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν ἐπορκεῖν μέλλῃς. δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

XXX. Μηδένα φίλον ποιοῦ πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις· ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γνώσεσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε.

XXXI. Βραδέως μὲν φίλος γίνου. γνωσθεὶς δὲ, πειρῶ διαμένειν· ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.

XXXII. Μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἀπείρου τοῦ ἑταίρου θέλε· τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ.

XXXIII. Περὶ τῶν ῥητῶν, ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. μὴ τυχὼν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσῃ, τυχὼν δὲ μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτοῦ ὄψῃ.

XXXIV. Δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τοῦ περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τοῦ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας· τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν τῇ ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

XXXV.

XXXI. Ex Solone apud Diog. Laert. l. 1. n. 60. φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. *Amicos ne celeriter facias, quos autem feceris, ne improbes.* Hac de cauſſa laudatur Auguſtus a Suetonio cap. 66. *Amicitias neque facile admiſit, & conſtantiſſime retinuit.* Theognis v. 1143.

Μήποτε τὸν παρεόντα μέθεις φίλον, ἄλλον ἐρώνα.
Ne præſentem deſerens amicum, alium quæras.

XXXII. Hinc P. Syrus in Mimis n. 118.
Cave amicum credas, niſi quem probaveris.
Vitium eorum, qui amicos ſibi ſumunt ſine examine, Lucianus vocat ἀκρασίαν περὶ τοὺς φίλους, in Timone pag. 72. edit. Varior. Vide Ciceronem de amic. c. 17. & ſeq.

XXXIV. Salomon Proverb. c. 17. n. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus eſt; & frater in anguſtiis comprobatur.* Et Syrus in Mimis n. 33.
Amicum, an nomen habeas, aperit calamitas.

Por-

gnoſcimus in igne probatum, amicos in calamitatibus.

XXXV. Cum amicis optime egeris, ſi eorum preces non expectabis, ſed ipſe ſponte tua in tempore opem feres.

XXXVI. Similiter turpe exiſtima inimicorum vinci malefactis, & amicorum benefactis ſuperari.

XXXVII. Excipe ex amicis non eos ſolum, qui in tuis malis dolent, ſed illos multo magis, qui in bonis tibi non invident. Multi enim amicorum infortunia ægre ferunt, ſed iidem fortunas invident.

XXXVIII. Mentionem fac amicorum abſentium apud præſentes; ut videaris neque hos ipſos, cum abſunt, obliviſci, & parvi facere.

XXXIX. In veſtibus eſto mundus & elegans,

Porro ſimilitudinem Iſocrateam expreſſit Ovidius lib. 1. Triſt. eleg. 5.

Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

XXXV. Hinc P. Syrus in Mimis n. 86.

Bis eſt gratum quod opus eſt, ultro ſi afferas:
Qui expectat ut rogetur, officium levat.

Hinc Seneca de Benef. l. 2. c. 1. *Moleſtum verbum eſt, oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, ROGO. Hujus facienda eſt gratia amico. Sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo divinanda eſt cujuſque voluntas; & cum intellecta eſt, neceſſitate graviſſima rogandi liberanda eſt.* Itaque ſcribit Ariſtoteles in lib. 2. Rhet. c. 7. t. 47. nos iraſci amicis, qui non advertunt, quibus rebus indigeamus.

XXXVI. *Inimicorum malefactis*) Syrus in Mimis n. 950. *Veterem ferendo injuriam, invites novam.*

Ex moribus ſcribit ætatis & gentis ſuæ. Nam apud Ethnicos juſtitiæ munus geminum erat, nec aliis

XXXV. Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς·

XXXVI. Ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι τῶν κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι τῶν εὐεργεσίαις·

XXXVII. Ἀποδέχου τῶν ἑταίρων, μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας· πολλοὶ μὲν γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι.

XXXVIII. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.

XXXIX. Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος,

liis injuriam facere nocendo, nec sibi tolerando. Itaque Corinthii apud Thucydidem lib. 2. Lacedæmonas reprehendunt tanquam minus justos; *quod ipsi quidem alios non læderent, sed tamen lædi se socorditer paterentur*. Et Isocrates senior in Evagora eum laudat, tanquam virum religiosum, *quod acceptas injurias ulcisceretur, non ipse prior faceret*. Nobis audiendus est Christus Dominus Matth. 5. *Dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos*. Præcepti hujus rationem & vim habes apud Lactantium lib. 6. c. 10.

XXXVII. Rogatus Cleobulus, ut est apud Stobæum p. m. 409., quid vitandum esset maxime, respondit, τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. h. e. *amicorum invidiam, & inimicorum insidias*. Hinc Syrus in Mim. *Mage cavenda est amicorum invidia, quam insidiæ hostium*.

XXXVIII. Ecclesiasticus c. 37. n. 6. *Non obliviscaris amici tui in animo tuo*. Itaque eos amamus, a quibus videmus amari amicos absentes, ut scribit Aristoteles lib. 1. Rhet. c. 9.

XXXIX. Seneca epist. 92. *Mundæ vestis electio appetenda est homini: natura enim homo mundum & elegans ani-*

gans, non affectatus. Eſt autem elegantis decorum, affectati curioſum & nimium.

XL. Noli quærere excedentem bonorum & pecuniarum poſſeſſionem, ſed moderatum uſum.

XLI. Contemne eos, qui opes cupide quærunt; cum iis, quas habent, uti non poſſint. Idem enim tales faciunt, ac ſi quis equum egregium poſſideat, nec tamen recte equitare ſciat.

XLII. Cura tibi divitias, quarum ſit uſus & poſſeſſio. Eſt autem uſus ſcire frui, poſſeſſio poſſe uti.

XLIII. Pecuniam tuam in pretio habeto duabus de cauſſis, tum ut te magno aliquo incommodo liberes, tum ut bonis amicis laborantibus opem feras. In reliqua vita vide ne nimis, ſed intra modum illam ames.

XLIV.

animal eſt. Huic ipſi munditiæ modum præſcribit Cicero in lib. 1. Offic. c. 36. *Adhibenda eſt munditia non odioſa, neque exquiſita nimis, tantum quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. Eadem ratio eſt adhibenda veſtitus; in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt.*

XL. In P. Syri Mimis n. 745.
Quidquid eſt plus, quam neceſſe, poſſidentes premit.
Apul. in Apol. p. 436. in uſum Delph. *In omnibus ad vitæ munia utendis quidquid aptam moderationem ſupergreditur, oneri potius, quam uſui exuberat.* Sumſit, opinor, ab Ariſtotele, qui lib. 7. Politic. c. 1. ſcribit, ea quæ in uſu poſita ſunt, & bona utilia dicuntur, talia eſſe, ut exceſſu noceant habenti.

XLI. In P. Syri Mimis n. 762. 638.
Quid tibi pecunia opus eſt, ſi ea uti non potes?
Pecunia eſt ancilla, ſi ſcis uti; ſi neſcis, domina eſt.

Ita-

λος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής· ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.

XL. Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν.

XLI. Καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν, κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος.

XLII. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν, τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις· κτήματα δὲ, τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις.

XLIII. Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτίσαι, καὶ τῶν φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι. πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα.

XLIV.

Itaque Socrates cuidam de suis divitiis glorianti, ἃ πρότερον αὐτὸν θαυμάσειν ἔφη, πρὶν ἂν ᾖ ὅτι κεχρῆσθαι τούτοις ἐπίσταται, πειρασθῆναι. h. e. *Se non prius admiraturum dixit, quam expertus esset, num sciret illis etiam uti*. Refert D. Basilius in Paræneſi ad Adolescentes. Adde Aristidem Socratic. Dial. 2. n. 17.

XLII. Monitum hoc nihil novi continet: ortum autem puto ex verbis margini adscriptis ab interprete aliquo, ut intelligeretur, qua de re agat hoc loco Isocrates. Ipsa quoque constructio verborum minus recte habet. Ceterum ad artem recte fruendi pertinet illud Horatii l. 1. ep. 4. v. 7.

Dj tibi divitias dederunt, artemque fruendi.

Salustius in Catilin. c. 2. dixit *vivere, & frui anima*; quo ferme sensu Seneca epist. 60. *vivit is, qui se utitur*.

XLIII. *incommodo*) vox ζημία fortasse referenda est ad mulctas & pœnas judiciarias.

opem feras) Cicero l. 1. Offic. c. 20. *Pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias. Nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.*

XLIV. Ama præſentia, & quære meliora.

XLV. Nemini calamitatem exprobrabis. Communis enim fortuna eſt, & futurum nemo videt.

XLVI. Bonis benefac. Præclarus enim theſaurus eſt beneficium poſitum apud bonum virum.

XLVII. Si malis benefacies, ſimile quippiam tibi continget, atque iis, qui alienis canibus cibum præbent. Nam ut canes æque allatrant cibum præbentes, & alios quoſque; ita mali bene de ſe meritos injuria afficiunt, non ſecus ac male meritos.

XLVIII. Adulatores odio proſequere, non ſecus ac deceptores. Utrique enim damno ſunt iis, apud quos fidem inveniunt.

IL. Si eos ex amicis excipies, qui tibi in re-

XLIV. Id dicitur in eos, qui ſua *parvi pendunt*, ut loquitur Saluſtius in Catilin. c. 11. Phœdrus lib. 1. fab. 4. ita docet meliora quærenda eſſe, ut tamen præſentia non amittamus. Idem docuit Æſopus, & ex eo Faernus fab. 53. & Avianus fab. 20. Horatius l. 1. ep. 17. v. 23.

Omnis Ariſtippum decuit color & ſtatus & res,
Tentantem majora, fere præſentibus æquum.

XLV. Sumtum eſt ex Pittaco l. 1. apud Diog. Laert. n. 78. Α'τυχίαν μὴ ὀνείζειν. h. e. *Calamitatem ne exprobres*. Hinc Syrus in Mimis n. 148.

Crudelis eſt in re adverſa objurgatio.

Idem ibid. n. 586.

Objurgari in calamitate gravius eſt, quam calamitas.

Ex Proverb. Catonianis, cujuſcunque ſint auctoris:

Irridens miſerum, dubium ſciat omne futurum.

Eccleſiaſticus c. 7. n. 12. *Non irrideas hominem in amaritudine animæ.*

XLVI. Eccleſiaſticus c. 12. n. 6. *Benefac humili, & non dederis impio. Prohibe panes illi dari, ne in ipſis po-*

XLIV. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.

XLV. Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἄδηλον.

XLVI. Τὰς ἀγαθὰς ποίει. καλὸς γὰρ θησαυρὸς ἀνδρὶ σοφῷ χάρις ὀφειλομένη.

XLVII. Κακὰς ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κώας στίζουσιν· ἐκεῖναί τε γὰρ τὰς δίδοντας, ὥσπερ τὰς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε κακοὶ τὰς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τὰς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.

XLVIII. Μίσει τὰς κολακεύοντας, ὥσπερ τὰς ἐξαπατῶντας. ἀμφότεροι γὰρ πιθανεύοντες τὰς πιθανοῦντας ἀδικοῦσιν.

IL. Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τὰς ψυχὰς τὸ φαυλότατον

potentior ſit. Ex Iſocrate ſumſit auctor libelli, qui inſcribitur CATO, cujus eſt illud: *Bonis benefacito. Nam recte feciſſe bonis, in parte lucrorum eſt.*

XLVII. Eccleſiaſticus c. 12. n. 1. *Si benefeceris, ſcito cui feceris*. Phædrus lib. 4. fab. 18.

Qui fert auxilium malis, poſt tempus dolet.

Vide Gabriam fab. 42. de ſerpente & agricola; & Faernum fab. 79. de gallina ſerpentis ova fovente. Eſt etiam in rem hanc Theognidis ſententia v. 105.

Κακοῖς δ' ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστί.

Malis benefacienti vaniſſima gratia eſt.

& Plauti in Pœnul. a. 3. ſc. 3. *Malo benefacere tantundem eſt periculum, quantum bono malefacere.*

XLVIII. Salomon Proverb. c. 29. n. 5. *Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus*. Huc facit illud Phædri lib. 1. fab. 13.

Qui ſe laudari gaudent verbis ſubdolis,
Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ.

Hinc CATO:

Noli homines blando nimium ſermone probare.
Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

IL. Idem ſignificat P. Syrus in Mimis n. 109.

Bonus animus nunquam erranti obſequium accommodat.

Sa-

rebus peſſimis gratificantur; non habebis in optimis qui odium tuum ſubire velint, adhortando per totam vitam & impellendo.

L. Erga eos, quibuſcum tibi vitæ uſus eſt, præbe te affabilem & humanum, non gravem & ſuperciliosum. Etenim faſtum & ſuperbiam vix ſervi ferre poſſunt, affabilitas morum omnibus placet. Videberis autem affabilis, ſi neque contentioſus eris, neque difficilis, neque omnibus præſtandi cupidus.

LI. Eorum iras, qui tibi familiares ſunt, noli aſpere caſtigare, etiamſi iraſcantur ſine cauſſa, ſed commotis quidem cede, pacatos autem objurga.

LII. Neque in ridiculis ſerio agas, neque inter ſeria ridiculis gaudeas. Quod enim extra locum eſt, moleſtiam affert.

LIII. Vide, ne ſine gratia gratificeris; quod multis evenit, qui amicis benefacientes rem faciunt minime gratam.

LIV. Noli eſſe querulus: eſt enim hoc a-

liis

Salomon Proverb. c. 16. n. 29. *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.* Et c. 28. n. 23. *Qui corripit hominem, gratiam poſtea inveniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit.* Eccleſiaſtes c. 7. n. 6. *Melius eſt a ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi.* Vide Senecam epiſt. 123.

L. Phædrus lib. 3. fab. 16.

Humanitati qui ſe non accommodat,
Plerumque pœnas oppetit ſuperbiæ.

neque contentioſus eris) Salomon Proverbior. c. 16. n. 28. *Homo perverſus ſuſcitat lites.* Et c. 18. n. 6. *Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os ejus jurgia provocat.*

LI. Pro τραχέως libenter legiſſem ταχέως, *continuo.* Seneca de Ira l. 3. c. 39. *Primam iram non audebis ora-*

tio-

αὐτὸν σοι χαριζομένους, ὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τὸ ὠφελοῦν τὸ βέλτιον ἀπεχθανομένους.

L. Γίνου ὠφελὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικός, ἀλλὰ μὴ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ τοῦ ὑπεροπτικὸν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν, τὸ δὲ τοῦ ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν· ὁμιλητικὸς δὲ ἔσῃ μὴ δύσερις ὢν, μηδὲ δυσάρεστος, μηδὲ ὠφελὸς πάντας φιλόνεικος.

LI. Μὴ ὠφελὸς τὰς τοῦ πλησιαζόντων ὀργὰς πραχέως ἀπάντα, μήδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν. ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἶκε, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ὑπόπλητε.

LII. Μὴ ὠφελὲ τὰ γελοῖα ασθάζε, μηδὲ τὰ ασθαῖα τοῖς γελοίοις χαῖρε. Τὸ γὰρ ἄχαριν πολυτυχὲς λυπηρόν.

LIII. Μὴ τὰς χάριτας ἀχαρίσως χαρίζου. ὅπερ πάσχουσι πολλοὶ, ποιοῦντες μὲν δῶ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες.

LIV. Μὴ φιλαίπολος ἴσθι, βαρὺ γάρ. μηδὲ φιλεπιτιμητὴς, παροξυντικὸν γάρ.

tione maiores: ſurda eſt & amens. Remedia in remiſſionibus proſunt. Vide ibi plura. Huc pertinet Pythagoræ dictum apud Plutarchum de liber. educat. πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. *Gladio ignem ne ſoruteris.*

LII. Horatius lib. 1. ep. 18. v. 89.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi.

Hinc Ariſtoteles ſcribit in lib. 2. Rhet. c. 7. t. 54. nos iraſci illis, qui ironia utuntur, cum ipſi ſerio agimus. Hac ipſa de cauſſa Socrates invidia laboravit, quod perpetua ironia uteretur.

LIII. Seneca de Benef. l. 2. c. 4. *Sunt qui beneficia aſperitate verborum & ſupercilio in odium adducunt, eo ſermone uſi, ea ſuperbia, ut impetraſſe pœniteat.* Et c. 7. *Fabius verrucoſus beneficium ab homine duro aſpere datum, panem lapidoſum vocabat.* V. ibi plura in rem hanc.

LIV. *querulus*) Contra querulos in malis humanis

eſt

liis grave. Neque ſis mordax: eſt enim acerbum.

LV. Compotationes in primis vita. Si quando autem in eas forte incideris, ſurge ante ebrietatem. Cum enim animus vino corruptus eſt, ſimilis eſt currui, unde auriga excuſſus eſt. Ut enim currus rectore deſtitutus temere fertur, ita animus corrupta mente turpiter aberrat.

LVI. Fac ut magnitudine animi immortalia ſapere videaris, mortalia vitæ moderatione.

LVII. Cogita, rerum peritiam tanto majus bonum eſſe, quam imperitiam, quanto cetera quidem mala cum aliquo lucro conjuncta ſunt, hoc autem ſolum eos lædit, in quibus eſt.

LVIII. Si quem volueris tibi amicum facere, de ejus laudibus prædica apud illos, qui referant. Initium enim amicitiæ laus eſt, inimicitiæ vituperatio.

LIX.

eſt epiſtola Senecæ 96. ſed hic queruli notantur in amicitia colenda.

Neque ſis mordax) Syrus in Mimis n. 34.
Amicum lædere ne joco quidem licet.
Eccleſiaſticus c. 33. n. 6. ex Græco Sixt.
Equus ad admiſſuram, amicus ſubſannator.

LV. Salomon Proverb. c. 23. n. 20. *Noli eſſe in conviviis potatorum*, & ibid. n. 34. ebrius comparatur ſopito gubernatori, amiſſo clavo. Eccleſiaſticus c. 31. n. 38. *Vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit.* Anacharſis apud Diogenem Laert. l. 1. n. 103. ajebat, vitem tres ferre fructus, primum *voluptatis*, ſecundum *ebrietatis*, tertium *mæroris*. Itaque idem Philoſophus mirabatur, cur Græci primum qui-

LV. Μάλιστα μὲν ἀλλαβὲ τὰς ὀν τοῖς πότοις σωφροσύνας. ἂν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ χωρὸς, ἐξωνίσασθω πρὸ μέθης. ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταὐτὰ πάσχει τοῖς ὄρμασι, τοῖς τὰς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν· ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται διαμαρτάνοντα τῆς ὠθυνόντων, ἥτε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, διαφθαρείσης τ διανοίας.

LVI. Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶ), θνητὰ ὃ τῷ συμμέτρως τῆς ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

LVII. Ἡγοῦ τ παιδείᾳ τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶ) τ ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν, αὕτη ὃ μόνη κ) προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας.

LVIII. Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῆς πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας. ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας ἔπαινος, ἔχθρας ὃ ψόγος.

quidem parvis poculis in menſa uterentur, poſtea vero, cum ſaturi eſſent, majoribus. De hac Græcorum intemperantia loquitur Cicero in Tuſc. 5. & in Orat. pro Cluentio. Contra Plato, ut eſt apud Diog. Laert. lib. 2. n. 39. concedebat, ut in rebus feſtis ad ebrietatem potaretur. Et Xenocrates, vir cetera temperantiſſimus, corona aurea donatus eſt ob largiorem compotationem. Diog. Laert. l. 4. n. 8.

LVI. D. Hieronymus ad Paullam ſcribit, Romanis imperatoribus triumphantibus retro comitem adhæſiſſe, qui per populi acclamationes identidem ita moneret: *Hominem te eſſe memento.*

LVII. De παιδείᾳ & ἀπαιδευσίᾳ, quæ non modo in tractatione artium, ſed in omni vita locum habet, vide Scioppium de *Pædia Politices*. Quem hic Iſocrates vocat ἀπαίδευτον, Plutarchus de legend. Poet. dicit ἀμαθῆ, eumque ait in rebus omnibus peccare. Huic opponit τὸν ἀστεῖον, quem ait omnia recte agere.

LIX. In conſultando fac præterita ſint exempla futurorum. Nam quod eſt obſcurum, ex eo quod eſt manifeſtum, cognoſci poteſt.

LX. Conſulta lente; ſed quæ optima conſultanti viſa ſunt, celeriter effice.

LXI. A Diis felicitatem pete, prudentiam a te ipſo petendam eſſe exiſtima.

LXII. Si qua cum amicis communicare vis, quæ te pudeat libere proferre, ſermonem inſtitue tamquam de re aliena. Sic enim & illorum ſententiam cognoſces, nec te ipſum manifeſtabis.

LXIII. Cum de rebus tuis aliquem conſulere volueris, prius conſidera, quomodo res ipſe ſuas adminiſtraverit. Qui enim in ſuis deſipuit, non poteſt ſapere in alienis.

LXIV. Ita potiſſimum in rebus dubiis conſultandum eſſe tibi perſuadebis, ſi calamitates reſpicies, quæ ex temeritate ortæ ſunt. Etenim

LIX. Eccleſiaſticus c. 32. n. 24. *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* Hinc P. Syrus in Mim. n. 171. *Deliberare utilia mora eſt tutiſſima.*

LX. Primam partem hujus moniti expreſſit P. Syrus in Mimis n. 170.

Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel:

alteram Vellejus l. 2. c. 79. a quo M. Agrippa dicitur *extra dilationes poſitus, conſultiſque facta conjungens:* utramque Salluſtius de Bell. Cat. cap. 1. *Priuſquam incipias, conſulto; & ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* Id totum refertur ab Ariſtotele inter proverbia lib. 6. Ethic. c. 10. Δεῖ βυλεύεσθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ ταχυδρομίας.

LXI. Horatius lib. 1. ep. 18. v. ult.

Satis eſt orare Jovem, quæ donat & aufert:
Det vitam, det opes; æquum mi animum ipſe parabo.

Et Cicero lib. 3. de Nat. Deor. c. 36. *Judicium hoc omnium*

LIX. Βουλευόμενος, παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν.

LX. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα.

LXI. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι πρὸς μὲν θεῶν εὐτυχίαν, πρὸς δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν.

LXII. Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παῤῥησιάσασθαι, βούλει δέ τισι τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις, ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος· οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

LXIII. Ὅταν δὲ ὑπὲρ τοῦ σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρῶτον, πῶς ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ διώκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

LXIV. Οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης, εἰ τὰς ξυμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψεις· καὶ γὰρ τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν,

mnium mortalium est, fortunam a Deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. Vide tamen, ne homini plus tribuas, quam deceat. Nam, ut scribit D. Augustinus lib. 2. de Lib. Arbitr. c. 19. *Virtutes magna bona sunt: sed meminisse te oportet, non solum magna, sed etiam minima bona esse non posse nisi ab illo, a quo sunt omnia bona, hoc est a Deo.*

LXIII. Apud Avianum fab. 6. Vulpes arguit Ranam, quæ artem medicam profitebatur:

Hæc dabit ægrotis, inquit, medicamina membris,
Pallida cæruleus cui notat ora color?

Itaque Isocrates Senior in Orat. de Regno monet Nicoclem, ut sibi caveat ab iis, qui τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνοῦνται, αὐτοὶ δὲ ἐν πολλαῖς ἀπορίαις εἰσί. h. e. *aliis felicitatem pollicentur, ipsi autem in magna inopia sunt.* Faernus fab. 72.

Qui sibi non sapit, hic sapiens mihi non erit unquam.

LXIV. Salomon Proverb. 3. n. 5. *Ne innitaris prudentiæ tuæ.* Et n. 7. *Ne sis sapiens apud temetipsum.*

nim tum maxime valetudinis curam ſuſcipimus, cum morbi dolores in mentem veniunt.

LXV. Imitare regum mores, eorumque vitæ inſtituta ſectare. Videberis enim illos probare, teque illis adjungere. Id tibi & apud populum majorem quandam exiſtimationem conciliabit, & apud ipſos benevolentiam firmiorem.

LXVI. Leges a regibus latas obſerva; ſed legem præcipuam eſſe puta vitæ rationem, quam ipſi tenent. Ut enim qui in populari republica vivit, populo ſervire debet; ſic ille qui regiæ poteſtati ſubjicitur, regem admirari debet ac ſuſpicere.

LXVII. Magiſtratum adeptus, noli uti improbis adminiſtris. Eorum enim, quæ illi peccaverint, cauſſa in te conferetur.

LXVIII. Rerum communium adminiſtrationem depone non ditior ex illa, ſed glorioſior. Melius eſt enim bonum in civitate nomen, quam divitiæ multæ.

LXIX. Rebus pravis neque operam, neque patrocinium præbeas. Videberis enim ipſe talia facere, qualia facientibus præſto eris.

LXX. Ita te compara, ut aliis ſuperior eſſe poſſis; verumtamen patere te æqualem eſſe;

LXV. Plinius in Paneg. c. 45. *Flexibiles quancunque in partem ducimur a Principe, atque ut ita dicam, ſequaces ſumus. Huic enim cari, huic probati eſſe cupimus; quod fruſtra ſperaverint diſſimiles: eoque obſequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius moribus vivamus.*

LXVII. Huc pertinet Faerni fab. 92. quæ ita claditur:

Æque eſt nocens qui mandat, atque is qui facit.

μεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἀναμνησθῶμεν.

LXV. Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη· καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν. ὥς τε συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλλον εὐδοκιμεῖν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν.

LXVI. Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις, ἰσχυρότατον μέν τοι νόμον ἡγοῦ τὴν ἐκείνων τρόπον· ὥσπερ γὰρ τὴν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον, τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὴν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα, τὴν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν.

LXVII. Εἰς ἀρχὴν καταστάθεις μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν.

LXVIII. Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῖς πλήθους ἔπαινος.

LXIX. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο, μήτε συνηγόρει· δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς.

LXX. Παρασκεύαζε σεαυτὴν πλεονεκτεῖν μὲν δυνά-

M. Cicero ad Quinctum Fratrem Asiæ Prætorem c. 4. *Quos vero aut ex domesticis convictionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt.*

LXVIII. Salomon Proverb. c. 22. n. 1. *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ.* Hinc Syrus in Mimis n. 96. *Bona opinio hominum tutior pecunia est.*

LXIX. P. Syrus in Mimis n. 88.
Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.
Theognis v. 411.
Μηδενὸς ἀνθρώπων κακίας δόκει εἶναι ἑταῖρος.
Nemini socius in malo videaris esse.

LXX. Ex Distich. Caton. lib. 1.
Quem superare potes, interdum vince ferendo.

se; ut videaris justitiam sequi, non propter infirmitatem, sed propter animi æquitatem.

LXXI. Justam potius paupertatem elige, quam opes injustas. Tanto enim melior est justitia, quam divitiæ, quanto illæ quidem viventibus dumtaxat commodum afferunt, hæc autem etiam mortuis gloriam conciliat: & illarum quidem etiam improbi participes sunt; hujus autem partem nullam improbi habent.

LXXII. Neminem eorum probes ac secteris, qui quæstum iniquum faciunt; sed illos potius, qui justi & honesti caussa jacturas fecerunt. Justi enim injustos, sin minus rebus aliis, certe bona spe longe superant.

LXXIII. Omnia diligenter cura, quæ ad vitæ rationem pertinent; sed in primis tu te ad prudentiam & rectum judicium exerce. Maximum enim in minimo est mens bona in hominis corpore.

LXXIV. Cura ut sis corpore philoponus, animo philosophus; ut hoc quidem optima per-

LXXI. Theognis v. 144.
Βούλεο δ' εὐσεβέως ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
Ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασσάμενος.
Fac malis pie parvis cum opibus vivere,
Quam ditescere, injuste divitias comparans.
& v. 149.
Χρήματα μὲν δαίμων ϛ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν.
Divitias quidem Deus etiam improbissimis dat.
Eandem sententiam exprimit v. 317. Salomon Proverb. c. 28. n. 6. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus.*

LXXII. Ex Chilone apud Diog. Laert. lib. 1. n. 70. Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν. *Damnum potius elige, quam turpe lucrum.* Salomon Prov. c. 10. n. 28. *Expectatio justorum lætitia: spes autem impiorum peri-*

μενον, ἀνέχου τὸ ἴσον ἔχειν· ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ὁσιότητα.

LXXI. Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον· τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει· κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν.

LXXII. Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας· οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' ἔν ἐλπίσι γε ἀγαθαῖς ὑπερέχουσι.

LXXIII. Πάντων μὲν ὅτου μέλει τῷ περὶ τὸν βίον, μάλιστα δὲ τοῦ σεαυτοῦ φρονήσεως ἄσκει. μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

LXXIV. Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονον, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφον· ἵνα τῷ μὲν ὀφείλειν δυνῇ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾶν ὅπως τὰ συμφέροντα.

LXXV.

peribit. Porro Iſocrates moniti hujus rationem videtur ab eodem Chilone ſumſiſſe apud Diog. Laert. lib. 1. n. 69. Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ἐλπίσιν ἀγαθαῖς. *Interrogatus, quomodo differant diſciplina inſtructi ab iis qui diſciplina carent, reſpondit, bona ſpe*.

LXXIII. *Mens bona*) Quid ſit *mens bona*, vide apud Senecam Epiſt. 23. 41. & 76. Late funditur ad omne recte cogitandi, loquendi, & agendi conſilium. V. Satyram 2. Perſii, quæ inſcribi ſolet *de bona mente*.

LXXIV. Etiam Seneca vult, *philoſophiam in opere diſci, & ad verum exerceri*, epiſt. 98.

philoponus) Coactus ſum uti voce hac, quæ laboris ſtudioſum ſignificat, ut verba verbis opponerem; & Græci ſermonis vim in Latino quoque retinerem. Porro ad *philoponum* pertinet illud ejuſdem Senecæ de Provid. c. 5. *Labor optimos citat. Senatus per totum diem conſulitur, cum illo tempore viliſſimus quiſque aut in campo otium ſuum oblectet, aut in popina lateat*, &c.

perſpicere ac decernere ſcias, illo efficere decreta poſſis.

LXXV. Quidquid dicturus es, prius animo reputa. Multis enim lingua præcurrit mentem.

LXXVI. Cogita, in humanis nihil eſſe diu. Sic enim nec in rebus proſperis nimium lætaberis, neque in adverſis nimium dolebis.

LXXVII. Duo conſtitue loquendi tempora; vel cum ea, de quibus loqueris, optime noſti; vel cum neceſſario loquendum eſt. In his enim dumtaxat ſermo melior ſilentio eſt: in aliis melius eſt ſilere, quam loqui.

LXXVIII. Do libens atque concedo, ut in bonis, quæ tibi contingunt, læteris, & in malis moderate doleas: ſed in neutris tu te aliis manifeſta. Non enim decet, pecuniam quidem domo recondere, animum autem in propatulo habere.

LXXIX. Vitæ periculum potius, quam dedecus ſuſcipe. Oportet enim malis vitæ finem formidabilem eſſe, bonis vitam ipſam cum dedecore conjunctam.

LXXX.

LXXV. Ex Chilone, ut eſt apud Diogen. Laert. l. 1. n. 70. γλῶτταν μὴ προτρέχειν τῦ νῦ. h. e. *Lingua ne præcurrat mentem*. Idem ſignificat Homerus, cum ait, Ulyſſem non ex ore vocem mittere, ſed ex pectore; ut eſt apud Gellium l. 1. c. 15. Salomon c. 13. n. 3. *Qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala*.

LXXVI. Ex Periandro, ut eſt apud Diogen. Laert. l. 1. n. 97. Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, δυσυχῶν δὲ φρόνιμος. *In rebus proſperis eſto moderatus, in adverſis prudens*. Ita Phædrus lib. 4. fab. 16.

Parce gaudere oportet, & ſenſim queri.

LXXVII. Salomon Prov. c. 17. n. 28. *Stultus quoque ſi ta-*

LXXV. Πᾶν ὅτι ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον ὅπως σκόπει τῇ γνώμῃ· πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς ἀφροσύνης.

LXXVI. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὕτω γὰρ οὐκ ἀτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος.

LXXVII. Δύο ποιοῦ καιρὸς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν οἷς τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν, ἢ λέγειν.

LXXVIII. Χαῖρε μὲν ὅτι τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ὅτι τοῖς γιγνομένοις τῶν κακῶν. γίνου οἷς τοῖς ἄλλοις ἐν μισητέροις ὢν κατάδηλος. ἄτοπον γὰρ τὸ μὲν ἀσίαν ἐν τῇ οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὸ δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν.

LXXIX. Μᾶλλον ἀλαβοῦ ψόγον, ἢ κίνδυνον. δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν τοῖς μὲν φαύλοις τὸ τοῦ βίου τελευτὴν, τοῖς δὲ σωφρόσι τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν.

LXXX.

si tacuerit, ſapiens reputabitur. Epictetus Enchir. c. 41. σιωπὴ τὸ πολὺ ἔσω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, ἐν δὲ ὀλίγων. h. e. *ſilentium magna ex parte ſit, vel dicantur neceſſaria, eaque paucis.* Simonides autem ajebat μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. h. e. *ſe, quod tacuiſſet, nunquam pœnituiſſe; quod locutus eſſet, ſæpiſſime.* Ex Diſtich. Catonian. l. 1.

Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam:
Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.

LXXVIII. Theognis v. 1159.

---------- ὁ μὲν ἐσθλὸς
Τολμᾷ ἔχων τὸ κακὸν, οὐκ ἐϊσκλος ὅμως.

Vir bonus forti animo fert mala, nec manifeſtat tamen.

LXXIX. In P. Syri Mimis n. 923.

Tolerabilior qui mori jubet, quam qui male vivere.

Hinc C. Marius apud Salluſtium de Bello Jug. cap. 90. *Nemo ignavia immortalis factus; neque quiſquam parens liberis, ut æterni forent, optavit; magis ut boni honeſtique vitam exigerent.*

LXXX. Cura in primis, ut vitam in tuto agas. Si quando autem in diſcrimen venire tibi contigerit, ita ex certamine ſalutem quære, ut cum honeſta gloria, non cum turpi fama diſcedas. Nam mori quidem, omnibus hominibus fato conſtitutum eſt; ſed honeſte mori, bonis tamquam proprium natura dedit.

LXXX. *Ex certamine*) Iſocrates habet ἐκ τοῦ πολέμου, *ex bello*. Si quis ita vertat, non repugnarim. Nam & Livius videtur ſumere *bellum* pro certamine in l. 2. c. 7. Et apertius Varro lib. 6. de ling. Lat. c. 3.

image
not
available

MONITA POLITICA LXVII.

De officio Principis erga civem

EX ISOCRATIS

ORATIONE DE REGNO

Ad Nicoclem Euagoræ Regis Filium, quæ eſt ordine Secunda.

I. QUi civitatem regit, illud curare in primis debet, ut eam a calamitate defendat, florentemque conſervet; tum etiam ut ex parva magnam faciat.

II. Non decet igitur, eum torpere; ſed curam adhibere omnem, ut alios prudentia ſuperet. Manifeſtum eſt enim, tale fore regnum ejus, qualem ipſe ſe mentemque ſuam ad regendum comparaverit.

III. Contende, ut quanto alios honore, tanto virtutibus præcedas.

IV.

I. ITa in Orat. ad Philipp. ait, ejus eſſe, *Græciam ex parva magnam facere*. Τὴν ἑλλάδα μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιεῖν. Huc pertinet dictum Themiſtoclis, qui (ut eſt apud Plutarchum in ejus vita) ajebat, *ſe lyræ quidem & pſalterii rudem eſſe; civitatem autem, quam parvam & obſcuram accepiſſet, magnam & claram feciſſe*. Quomodo civitas ex parva fiat magna, & qu ænam ſit vere magna, docet Ariſtoteles in lib. 7. Polit. c. 4.

II.

ΕΚ ΤΟΥ
ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΛΟΓΟΥ ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

πρὸς Νικόκλεα τ̃ Εὐαγόρᾳ βασιλέως.

I. Ὧ μὲν πολιτεύονται μάλιστα προσήκει πόλιν τε δυσυχοῦσαν παῦσαι, καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι.

II. Δεῖ οὖν ἐκεῖνον μὴ ῥᾳθυμεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως φρονιμώτερον διακείσεται τ̃ ἄλλων. δέδεικται γάρ, ὅτι τοιαύτην ἕξει τὴν βασιλείαν, οἵανπερ ἂν τ̃ αὐτὸς γνώμην παρασκευάσῃ.

III. Χρὴ προσέχειν τ̃ νοῦν, ὅπως ὅσονπερ τ̃ τιμᾶσθαι τ̃ ἄλλων προέχεις, τοσοῦτον καὶ τ̃ ἀρεταῖς αὐτ̃ διοίσεις.

IV.

II. *torpere*) Quam Iſocrates vocat ῥᾳθυμίαν, Xenophon appellat ῥᾳδιουργίαν, in epilogo Orat. de Ageſil. τῇ βασιλείᾳ προσήκειν ἐνόμισεν ὐ ῥᾳδιουργίαν. *Regno convenire ignaviam non putabat.*

prudentia) qua ſignificatione dixit Ariſtoteles l. 4. Eth. c. 5. *prudentem eſſe, qui, quæ ſibi & aliis hominibus bona ſint, cernere poteſt.*

III. Eandem ſententiam repetit in Oratione, quam habuit Nicocles. Cyrus autem ajebat, ut eſt apud Xenophontem in Paed. l. 8. & apud Plutarchum in Apophth. reg. & imp. ἄρχειν μηδενὶ προσήκειν, ὃς ὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων. *Imperium nemini convenire, qui quibus imperat, melior non ſit.* Plinius de Traiano in Paneg. c. 21. *Hoc ceteris major, quo melior.*

IV. Et ex domeſticis prudentiſſimum quemque tibi adjunge, & ex aliis, quos potes, arceſſe.

V. Neque illuſtres Poetas contemnito, neque Sophiſtas: ſed illorum quidem auditor, horum autem diſcipulus eſto.

VI. Ita te compara, ut deteriorum judex ſis, meliorum æmulator.

VII. Ipſe tibi maxime ad virtutem ſtimulos addes, ſi reputaris, quam turpe ſit, pejores imperare melioribus, ſtultos ſapientibus.

VIII. Fac ut populares tuos civitatemque plurimum diligas. Neque enim poteſt aliquis aut equos, aut canes, aut homines, aut res alias recte gubernare, niſi in iis ſibi placeat, quorum regimen ſuſcepit.

IX. Curæ tibi ſit multitudo, quam leniter & bona cum gratia regere oportet. Siquidem ex

IV. Ita in fine Orationis Nicoclem monet, ut ſibi adjungat τὰς νῦν ἔχοντας, καὶ δυναμένους ὁρᾶν πλέονπι τῶν ἄλλων. h. e. *eos, qui mente valent, & longius, quam alii, proſpicere poſſunt*. Vetus Poeta apud Themiſtium Orat. 16.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνωσίᾳ.

Sapientes fiunt Principes ſapientum conſortio.

V. Horatius lib. 1. epiſt. 18. v. 96.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos.

Ariſtoteles Ethic. l. 10. c. 9. Τὰ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί. *Civilem ſcientiam tradere ſe profitentur Sophiſtæ*. Porro *Sophiſtæ* nomen ea tempeſtate honeſtiſſimum erat. Poetas autem cum dicit, Theognidem intelligit, Phocylidem, Solonem, Homerum, Heſiodum, & alios, qui morum & ſapientiæ magiſtri habebantur. V. Plutarchum de Poetis legend.

VII. Qui unus in civitate aliis imperare vult (ut ſcribit Ariſtoteles in lib. 3. Politic. c. 9.) ita debet vir-

IV. Καὶ τῶν τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε, καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἂν δύνῃ μεταπέμπου.

V. Μή τε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκιμούντων, μή τε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἵου δεῖν ἀπείρως ἔχειν· ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίγνου, τῶν δὲ μαθητής.

VI. Παρασκεύαζε σαυτὸν, τῶν μὲν ἐλασσόνων κριτὴν, τῶν δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστήν.

VII. Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν, καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν.

VIII. Πρὸς δὲ τούτοις φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν· οὔτε γὰρ ἵππων, οὔτε κυνῶν, οὔτε ἀνδρῶν, οὔτε ἄλλου πράγματος οὐδενὸς οἷόν τε καλῶς ἄρχειν, ἢν μή τις χαίρῃ τούτοις, ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν.

IX. Μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν. γιγνώσκων, ὅτι καὶ τῶν

D ὀλι-

virtute excellere, ut ne comparari quidem cum aliis possit, sed sit *veluti Deus quidam inter homines. Nemo enim ausit Jovem gubernare, aut se illi socium in gubernando adjungere*. P. Syrus in Mimis n. 599. *Omnes æquo animo parent, ubi digni imperant.*

VIII. Rex dicitur φιλάνθρωπος & φιλόπολις, quia nisi suos amet, ne Rex quidem dici potest: siquidem, ut est apud Xenophontem in Pædia, sub initium libri 8. ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. *Rex bonus non differt a patre bono*. Hujus amoris in patriam & cives præclarum exemplum habes in vita Agesilai, quam scripsit idem Xenophon. Id porro, quod monet Isocrates, eo maxime spectat, ut qui civitatem regit, habeat φιλίαν πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, *præsentem ejus statum amet, eoque delectetur*, ut est apud Aristotelem lib. 5. Politic. c. 9.

IX. Hac ratione Evagoras dicitur ab Isocrate δημοτικὸς ὢν τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, *popularis observantia multitudinis*. Cura porro multitudinis commendatur

ab

ex omni reip. genere illud eſt maxime diuturnum, quod multitudini moderandæ eſt maxime idoneum.

X. Recte porro moderaberis, ſi neque permittes, plebem inferre alicui injuriam, neque injurias ipſi illatas negligendo præteribis: ſed curabis ſedulo, ut qui ſunt in civitate principes, honores & dignitates conſequantur; alii autem ab injuria tecti ſint. Hæc enim ſunt fundamenta prima & maxima rectæ dominationis.

XI. Ex legibus & inſtitutis, ſiqua minus recte poſita ſunt, tollere ne dubites.

XII. Maxime cura, ut optima per te invenias: ſin minus, imitare quæ apud alios optime ſe habent.

XIII. Quære leges plane juſtas & utiles, & ſibi inter ſe conſentientes: maxime autem vide, ut ambiguitatibus careant ad controverſias celerrime ſolvendas.

XIV. Negotiationes civibus tuis quæſtuoſas conſtitue, advocationes autem forenſes damnoſas; ut has fugiant, illas promte ſequantur.

XV. De illorum controverſiis judicia redditio non ad gratiam, neque ſibi inter ſe contra-

ab Ariſtotele in lib. 5. Politic. præſertim cap. 8. & 10. ubi oſtendit, potiſſimas cauſſas tum conſervandæ, tum corrumpendæ dominationis inde oriri.

XI. Vellejus lib. 2. c. 89. laudat Auguſtum cum ob alias cauſſas, tum præſertim *quod leges emendarit utiliter*. Hanc in rem Juſtinianus de Concept. Dig. §. 4. *qui emendat, laudabilior eſt eo, qui primus invenit*. Ariſtoteles tamen in l. 2. Politic. c. 6. monet, ne facile

ὀλιγαρχιῶν καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, αὗται πλεῖσον χρόνον διαμένουσιν, αἵτινες ἂν ἄριστα τὸ πλῆθος θεραπεύσωσι.

X. Καλῶς ὁ δημαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενον περιορᾷς, ἀλλὰ σκοπῇς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδικηθήσονται· ταῦτα γὰρ στοιχεῖα φρῶτα καὶ μέγιστα χρησίμης πολιτείας ὄντι.

XI. Τῶν προσαγμάτων, καὶ τῶν ὑπτιοδιαμάτων, κίνει καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα.

XII. Μάλιστα μὲν ἀρετὴν γίγνε τῶν βελτίστων· εἰ δὲ μή, μιμοῦ τὰ φρόνιμα τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα.

XIII. Ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους· πρὸς δὲ τούτοις, οἵ τινες τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ διαλύσεις, ὡς οἷόν τε τάχιστας τοῖς πολίταις ποιήσουσι.

XIV. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ὀπιζημίους· ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθύμως ἔχωσι.

XV. Τὰς κρίσεις ποιοῦ περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδ' ἐνδείας ἀλλ-

le leges mutentur, ſed errata potius quædam legislatorum ferantur. Non enim, inquit, tantum proderit correctio & mutatio, quantum nocebit exemplum non parendi.

XII. Non ille ſolum laudabilis eſt, qui ipſe per ſe ſapit, & per ſe invenit, ſed etiam qui ſcit uti aliorum ſapientia, ut eſt apud Heſiodum in Syntagmate, quod inſcribitur *Opera & dies*, v. 293. & apud Ariſtotelem lib. 1. Ethic. c. 4.

XIII. Vide Mandatum Juſtiniani de Conceptione Digeſtorum, ubi multa de tollendis antinomiis, diſcordiis, & ambiguitatibus, quæ judicia depravant.

XIV. Tacitus Ann. 11. c. 6. *Quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam advocatis fert.*

XV. *Eadem de iiſdem*) Interdum tamen habenda eſt ratio perſonarum. V. Gellium l. 14. c. 2.

traria; ſed ſemper eadem de iiſdem decerne. Convenit enim regum placita eſſe immutabilia, uti ſunt leges recte conſtitutæ.

XVI. Civitatem ita guberna, ut patriam domum, in apparatu ſplendidus, in exactionibus diligens, ut ſimul laudem feras, & perſeverare poſſis.

XVII. Noli oſtentare magnificentiam in rebus ſumtuoſis, quæ cito evaneſcunt, ſed & in iis quæ diximus, & in præclaris poſſeſſionibus, & in benignitate erga amicos. Ita enim & tibi ipſi impenſarum ratio conſtabit, & quæ poſteris relinques, impenſis majora videbuntur.

XVIII. Quæ ad Deos pertinent, ita fac, ut majores tradiderunt. Illud autem exiſtima eſſe maximum & pulcherrimum ſacrificium, ſi teipſum quam optimum & juſtiſſimum præbeas.

XIX. Illos præcipuis honoribus affice, qui tibi maxime propinqui & familiares ſunt; ſed eos ſinceriſſimis orna, qui te plurimum diligunt.

XX.

XVI. Scilicet, quod ſcribit Tacitus annal. 13. c. 50. *ut ratio quæſtuum, & neceſſitas erogationum inter ſe congruant.*

XVII. De re hac tota vide Ciceronem l. 2. Offic. c. 16. & 17. Martialis epigr. 43. lib. 5. oſtendit, opes omnes tandem perire; eaſque dumtaxat manere, & in ære noſtro eſſe, per quas benigni ſumus erga amicos. M. Antonius apud Senecam l. 6. de Benef. c. 3. *Hoc habeo, quodcunque dedi.*

XVIII. Idem curavit Numa, ut eſt apud Livium lib. 1. c. 20. *Nequid divini juris, negligendo patrios ritus,*

λήλαις· ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ περίγε τῶν αὐτῶν γίγνωσκε· καὶ γὰρ πρέπει, καὶ συμφέρει τὴν τῶν βασιλέων γνώμην ἀμετακινήτως ἔχειν περὶ τῶν δικαίων, ὥσπερ τοὺς νόμους τοὺς καλῶς κειμένους·

XVI. Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως, ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, τοῦ μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς, τοῦ δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς, ἵν' εὐδοκιμῇς ἅμα, καὶ διαρκῇς·

XVII. Τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν, τῶν εὐθὺς ἀφανιζομένων· ἀλλ' ἔν τε τοῖς προειρημένοις, καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, καὶ τοῦ τῶν φίλων εὐεργεσίαις· τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀναλωμάτων αὐτῷ τέ σοι παραμένει, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πλέονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων καταλείψεις.

XVIII. Τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν· ἡγοῦ δὲ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς·

XIX. Τίμα τοῦ μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους, τοῦ δὲ ἀληθεστάταις τοὺς εὐνουστάτους·

tus, peregrinosque asciscendo, turbaretur. Cicero 2. de leg. c. 16. *Cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraculum editum est, eas quæ essent in more majorum*. Mæcenas autem cum idem suaderet Augusto, addidit rationem, ut est apud Dionem sub fin. lib. 52. *Quia qui nova numina introducunt, ad usum peregrinarum legum cives pelliciunt*.

Ad partem hujus moniti secundam pertinet, quod Persius scribit adversus illos, qui magna sacrificia faciebant mente improba, Sat. 2. v. 71.

Quin damus id Superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messallæ lippa propago,
Compositum jus fasque animo, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto?

XX. Corporis cuſtodiam validiſſimam puta amicorum virtutem, civium benevolentiam, & tuam ipſius prudentiam. Per hæc enim maxime & obtineri, & ſervari dominationes poſſunt.

XXI. Privatorum domos curato: & reputa eos, qui impenſas faciunt, conſumere de tuo; qui opera faciunt, amplificare, quæ tua ſunt. Omnia enim, quæ cives poſſident, propria ſunt ejus, qui jure dominatur.

XXII. Manifeſtum ſit, te ita veritatem fidemque perpetuo colere, ut tibi affirmanti magis credatur, quam aliis jurantibus.

XXIII. Hoſpitibus omnibus urbem ſecuram præſta, & ad commercia legibus temperatam.

XXIV. Ex iis, qui ad te accedunt, plurimi facito, non qui dona tibi afferunt, ſed qui

XX. Apud eundem Iſocratem in Helenæ Encomio laudatur Theſeus, quod *non peregrino præſidio, ſed civium benevolentia munitus imperium teneret*, οὐδὲ ἐπεισάκτῳ δωρεᾷ τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. Saluſtius in Jugurt. c. 10. *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici*. Quantopere valeat civium benevolentia, exemplo ſunt Venetiæ; quam urbem, ut Claudiani verbis utar, *non excubiæ, nec circumſtantia pila, ſed tutatur amor*.

XXI. Idem in Panegyrico p. m. 28. Ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας εὑρήσομεν τὰς οἰκίας τὰς ἰδίας πρὸς εὐδαιμονίαν πλεῖστον ἐπιδόντας. *Nobis imperantibus inveniemus privatas domos plurimum ad felicitatem creviſſe*. Mæcenas apud Dionem l. 5. p. 485. edit. Vechel. monet Auguſtum, ne ſinat, cives ſuos ædificiis uti pluribus, aut majoribus, quam deceat. Hoc autem pertinet ad tollendas impenſas ſupervacuas, quibus civitatis vires exhauriuntur.

XXII.

XX. Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην εἶναι τοῦ σώματος εἰς τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σωτηρίαν φρόνησιν· διὰ γὰρ τούτων καὶ κτᾶσθαι, καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο.

XXI. Κήδου τῶν οἰκων τῶν ἰδιωτῶν· καὶ νόμιζε τοὺς διαπλωσμένους ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν· ἄπλουτα γὰρ τὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, οἰκεῖα τοῦ καλῶς βασιλεύοντος ὄντα.

XXII. Διὰ πλουτοῦ μὲν χρόνου τὴν ἀληθείαν οὕτω φαίνου σωφρονῶν, ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους, ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους.

XXIII. Ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν παρεχε, καὶ σωφρονὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον.

XXIV. Περὶ πλείστου ὃν ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων, μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς εἰσάγοντας, ἀλλὰ τοὺς σοὶ σὲ λαμβάνειν ἀξιοῦντας· τιμῶν γὰρ τοὺς τοιούτους, μᾶλλον παρὰ τοῖς ἄλλοις δόκιμήσεις.

XXII. Huc pertinet illud Scytharum ad Alexandrum, apud Curtium l. 7. c. 8. *Jurando gratiam Scythas ſancire ne credideris: colendo fidem jurant*. Iſocrates noſter in Panegyrico laudat antiquos Athenienſes, quod eorum *ſimplex oratio plus veritatis & fidei haberet, quam ſua tempeſtate jusjurandum*, πιστοτέροις χρώμενοι τοῖς λόγοις, ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις.

XXIII. *Male enim*, inquit Cicero in l. 3. Offic. c. 11. *qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſque exterminant. Nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere: uſu vero urbis prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt*. Id porro monet Iſocrates, quia in Græcia civitates erant hoſpitibus iniquiores. Vide Livium l. 41. c. 23.

XXIV. Saluſtius in Catilin. c. 6. laudat vetuſtiſſimos Romanorum, quod *magis dandis, quam accipiendis beneficiis amicitias pararent*. Ceterum de iis, qui dona Regibus ferebant, ut majora quædam ab iis auferrent, loquitur Iſocrates initio hujus Orationis. Regibus quidem Perſarum, dum regiones ſuas obirent, nemo accedebat ſine donis, ut eſt apud Ælianum de Var. hiſt. c. 31. & 32.

qui digni ſunt ut a te accipiant. Tales enim cum ornaveris, ab aliis magis laudaberis.

XXV. Timorem aufer civibus tuis, & noli eſſe metuendus iis, qui nihil injuſte agunt. Quales enim alios in te reddideris, talis tu quoque illis eris.

XXVI. Iratus nihil agas: fac autem ut iratus appareas, cum tempus feret.

XXVII. In eo videaris ſeverus & acer, quod nihil te lateat eorum, quæ fiunt; facilis autem in minuendis delictorum pœnis.

XXVIII. Princeps eſſe velis non acerbitate neque ſævitia ſuppliciorum; ſed quod omnes prudentia tua ſuperentur, & credant, te ſibi ſuæque ſaluti melius, quam ipſos, conſulere poſſe.

XXIX. Bellicoſus eſto peritia rei militaris & apparatu, pacis autem ſtudioſus abſtinentia alieni & moderatione.

XXX.

XXV. Cicero Offic. 2. c. 7. *Omnium rerum nec aptius eſt quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi; nec alienius, quam timeri*. Et paullo poſt: *qui ſe metui volunt, a quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt*. In eamdem ſententiam Auctor ep. 1. ad Cæſar. de ordin. rep. c. 3. *Nec quemquam arbitror multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat*. Similia habet Seneca l. 2. de Ira, c. 11. & l. 1. de Clementia, c. 19. Itaque recte Statius Theb. l. 1. 127. *Parens odii metus*.

XXVI. Per iram, inquit Cicero offic. 1. c. 38. *nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt*. Nam iratus videre nequit mediocritatem illam, quæ eſt inter nimium, & parum. Iccirco autem videre nequit, quia, ut ſcribit Plutarchus de Ira, *quemadmodum per nebulam corpora, ſic per iram res videntur majores*, ὡς δὶ ὁμίχλης τὰ σώματα, ὡς δὶ ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαίνεται. Decet

XXV. Τοὺς φόβους ἐξαιροῦ τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου περιδεὴς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν· ὅπως γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις.

XXVI. Ποίει μὲν μηδὲν μετ' ὀργῆς· δόκει δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν σοι καιρὸς ᾖ.

XXVII. Δεινὸς μὲν φαίνου τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γιγνομένων, πρᾷος δὲ τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων.

XXVIII. Ἀρχικὸς εἶναι βούλου μὴ χαλεπότητι, μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ νομίζειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινόν σε βουλεύεσθαι.

XXIX. Πολεμικὸς γίνου τῶν ἐπιστήμαις καὶ τῶν παρασκευαῖς, εἰρηνικὸς δὲ τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτεῖν.

XXX.

cet igitur, ut ait idem Cicero in 1. Offic. c. 25. eos, qui præsunt reip., esse legum similes, quæ nunquam irascuntur. Multa sunt exempla sapientum virorum, qui noluerunt castigare eos, quibus essent irati, ob id ipsum quod essent irati. V. Plutarchum de liber. educat.

XXVII. Mæcenas ad Augustum apud Dion. sub fin. l. 52. Τὸν δὴ τῶν ἄλλων βίον ἐπισκόπει μὲν, μὴ μέντοι καὶ χαλεπῶς ἐξέταζε. *Aliorum vitam fac ut cognoscas, ne tamen in eos graviter inquiras.*

XXVIII. Ita Euagoras ab eodem Isocrate laudatur, quod *metuendus esset, non sævitia, sed excellenti quadam natura supra alios.* Φοβερὸς ὢν, οὐ τῷ πολλοῖς χαλεπαίνειν, ἀλλὰ τῷ πολὺ τὴν φύσιν τῶν ἄλλων ὑπερβάλλειν. Eadem fere sententia repetitur in Orat. *de Pace*. Plinius ad Trajanum in Paneg. c. 46. *Quis terror valuisset efficere, quod reverentia tui effecit?*

XXIX. In Orat. *de Pace* vult Athenienses suos πολεμικοὺς μὲν εἶναι ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς μελέταις, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν. *Bellicosos quidem esse cura & apparatu rerum; pacis autem studiosos, quod nemini vim inferant.* Plinius ad Trajanum in Paneg. c. 16. *Nec times bella, nec provocas.*

XXX. Ita te gere erga civitates inferiores, ut potentiores erga te ipſum ſe gerere æquum duxeris.

XXXI. Contende non de rebus omnibus, ſed de iis, ex quibus, cum ſuperior fueris, aliquid commodi feras.

XXXII. Ignavos puta, non qui cum emolumento inferiores ſunt, ſed qui cum damno ſuperiores.

XXXIII. Magnanimos exiſtima, non qui majora ſuſcipiunt, quam eorum animus viresque capiant; ſed qui moderata deſiderant, & quæ aggrediuntur, perficere poſſunt.

XXXIV. Æmulare eos, non qui maximum principatum habent; ſed qui, quem habent, eo optime utuntur.

XXXV. Fac tibi perſuadeas, te plane beatum fore, non ſi omnibus hominibus per terrores & pericula imperes; ſed ſi ita te gerens ut decet, & ea faciens quæ facis, omnia cu-

XXX. Ita in Panegirico ait, antiquos Athenienſes magna fide & modeſtia ſe geſſiſſe erga reliquos Græciæ populos, *quod exiſtimarent, eodem ſe animo erga infirmiores eſſe debere, quo vellent potentiores eſſe erga ſe ipſos.* Τὴν αὐτὴν ἀξιοῦντες γνώμην ἔχειν πρὸς τοὺς ἥττους, ἥνπερ τοὺς κρείττους πρὸς σφᾶς αὐτούς.

XXXI. Contra eos, qui inutiles pugnas conſerunt, eſt epiſtola Senecæ 45. Ariſtippus autem ad diſputatorem, a quo fuerat in tali quadam contentione per fallacias victus, *Ego victus abeo*, inquit, *jucundius, quam tu victor, dormiturus.*

XXXII. Plutarchus de liberor. educat. Οὐ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίσασθαι καλὸν ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν. *Non vincere modo pulcrum eſt, ſed etiam ſcire vinci, ubi victoria cum damno conjuncta ſit.*

XXXIII. Ita in ſacris litteris laudatur, non qui cœpit

XXX. Οὕτως ὁμίλει τ̃ πόλεων πρὸς τὰς ἥττους, ὥσπερ ἂν τὰς κρείττους πρὸς σεαυτ̃ ἀξιώσεις.

XXXI. Φιλονείκει μὴ περὶ ἁπάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσωτί σοι μέλλει συνοίσειν.

XXXII. Φαύλως ἦρξε μὴ τὰς συμφερόντως ἡττωμένας, ἀλλὰ τὰς μετὰ βλάβης περιγιγνομένας.

XXXIII. Μεγαλόφρονας εἰ νόμιζε μὴ τὰς μείζω περιβαλλομένας, ὧν οἷοί τε εἰσι κατυχεῖν, ἀλλὰ τὰς μετρίων μὲν ἐφιεμένας, ἐξεργάζεσθαι δ̃ δυναμένας, οἷς ἂν ὁπχειρῶσι.

XXXIV. Ζήλα μὴ τὰς μεγίστην ἀρχὴν κτησαμένας, ἀλλὰ τὰς ἄριστα τῇ παρούσῃ χρησαμένας.

XXXV. Νόμιζε τελέως δ̓δαιμονήσειν, ὐκ ἐὰν ἁπάντων ἀνθρώπων μετὰ φόβων ἢ κινδύνων ἄρχῃς, ἀλλ̓ ἐὰν τοιούτ@ ὦν, οἷον χρὴ, ἢ πράττων ὥσπερ ἂν

pit magnifice *ædificare*, *ſed qui potuit conſummare*. Seneca de conſol. ad Helv. c. 10. *Nonne furor & altimus mentium error eſt, cum exiguum capias, cupere multum?* Theognis v. 47.

Μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον ἔχε, μηδ̃ μενοίνα
Χρήμασι, τῶν ἄνυσις γίγνεται ὐδεμία.
Noli mentem adhibere rebus non faciendis,
Neque negotia cures, quæ perficere non poſſis.

XXXIV. Saluſtius in Catil. c. 2. inter vitia priſcorum regum, qui Cyrum ſecuti ſunt, refert quod *maximam gloriam in maximo imperio putarent*. Apulejus autem in Apolog. p. 436. fortunam tunicæ comparat, quæ *magis concinna, quam longa probatur*: & paullo infra gubernaculis navium, quæ ſi *ingentia & enormia ſint, facilius mergunt, quam regunt*. Seneca ep. 113. *O quam magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maria cupiunt permittere; feliciſſimoſque ſe judicant, ſi multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt!*

XXXV. Phocylides in Sentent. Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή. *Res omnium optima modus eſt, exceſſus autem gravis & moleſtus*. Sumta eſt ſententia ex dicto ſive Solonis, ſive Cleobuli, ut eſt apud Clementem Alex. l. i. Strom. p. 300. edit. Colonienſis 1688.

cupias intra modum; & ex hoc quidem genere nihil tibi deſit.

XXXVI. Amicos habeas non omnes, qui volunt, ſed qui tibi idonei ſunt; neque eos, quibuſcum jucundiſſime degas, ſed quibuſcum civitatem optime regas.

XXXVII. Diligenter explora mores eorum, qui tecum vivunt. Omnes enim, qui tibi non accedent, ſimilem te illis putabunt, quibus uteris.

XXXVIII. Rebus; quæ per te non fiunt, ejuſmodi viros præfice, quorum fidem & virtutem ipſe præſtare poſſis.

XXXIX. Fideles puta, non qui, quæcunque dicas, aut facias, ſtatim laudant; ſed qui ubi peccaveris, benevole arguunt.

XL. Loquendi libertatem concede viris ſapientibus; ut ea, de quibus dubitaveris, habeas quibuſcum expendas.

XLI.

XXXVI. In fine Orationis explicat clarius, quinam ſint amici Regi idonei, ideſt *σύμβυλοι ἀγαθοὶ*, *boni conſiliarii*.

XXXVII. Plinius ad Trajanum in Paneg. c. 83. *Eſt magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas; ſed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum eſt alios præſtare, quam ſe; tanto laudabilius, quod cum ipſe ſis optimus, omnes circa te ſimiles tui effeciſti*. Itaque Mæcenas monet Auguſtum apud Dionem ſub fin. l. 52. ne familiaribus ſuis nimium indulgeat. *Quæcunque enim*, inquit, *vel recte, vel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur*. Πάντα γὰρ ὅσα ἂν ἢ καλῶς, ἢ κακῶς πράξωσι, σοὶ προσεθήσεται.

XXXVIII. Cicero ad Quintum Fratr. Prætorem Aſiæ l. 1. ep. 1. c. 3. *Circumſpiciendum diligenter, ut in hac cuſtodia provinciæ non te unum, ſed omneſ miniſtros imperii tui, ſociis, & civibus, & reip. præſtare videaris.*

Plu-

ἐν τῷ παρόντι, μετρίων ὀπιθυμῇς, καὶ μηδενὸς τούτων ἀπορῇς.

XXXVI. Φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας· μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις.

XXXVII. Ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς, ὅτι πάντες οἱ μὴ σοὶ πλησιάζοντες, ὅμοιόν σε τοῖς χρωμένοις νομιοῦσι.

XXXVIII. Τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γιγνομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων, ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι.

XXXIX. Πιστοὺς ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν ὅτι ἂν ποιῇς, ἢ λέγῃς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας.

XL. Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἵνα περὶ ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας.

XLI.

Plutarchus in Præcept. Polit. ſcribit, Principem, qui utitur pravis adminiſtris, non differre ab opifice, qui utitur normis, regulis, ac libellis parum idoneis.

XXXIX. Xenophon in Pædia l. 8. p. 165. Edit. Baſil. ſcribit, Cyrum habuiſſe familiares quoſdam, qui *oculi & aures regis* appellabantur; ut quæcunque viderent, aut audirent ſibi opportuna, libere dicerent, ac monerent.

XL. Hiero (inquit Plutarchus in Apopht. reg. & imp.) dicere ſolebat, *μηδένα τῶν παῤῥησιαζομένων πρὸς αὐτὸν ἄκαιρον εἶναι*, *neminem eorum, qui loquendi libertate apud ſe uteretur, eſſe importunum*. Theopompus autem (ut eſt apud eundem Plutarchum in Apophthegm. Lacon.) interroganti cuidam, quomodo regnum tuto ſervare poſſet, reſpondit: *Si juſtam loquendi libertatem amicis permittas*. Hanc in rem facit Senecæ querela lib. 6. de Benef. c. 30. *Non vides, quomodo Principes in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa? dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandiſſime fallat.*

XLI. Cura ut diſtinguas vafros adulatores ab iis, qui te benevole colunt; ne mali meliore conditione ſint, quam boni.

XLII. Audi ſermones alterius de altero; & cura ut ſimul cognoſcas, quinam, & quales ſint, qui loquuntur, & de quibus loquuntur.

XLIII. Iiſdem pœnis coerce eos, qui calumniantur, atque eos qui delinquunt.

XLIV. Impera tibi ipſi nihilo minus, quam aliis; & hoc maxime regium exiſtima, ſi nulli voluptati ſervias, ſed cupiditates tuas magis in officio contineas, quam cives.

XLV. Nullam vitæ conſuetudinem inconſulto & ſine ratione cum aliquo jungas: ſed eos congreſſus eaſque conſuetudines ama, ex quibus & ipſe virtute proficias, & aliis profeciſſe videaris.

XLVI.

XLI. Celebre eſt Phocionis dictum ad Antipatrum apud Plutarchum in Apopht. reg. & imp. Οὐ δύνασαι, Ἀντίπατρε, ϵ̓ φίλῳ Φωκίονι χρῆσθαι, ϵ̓ κόλακι, *non potes, Antipater, Phocione & amico uti & adulatore.* Curtius autem lib. 8. c. 5. *Adulatio perpetuum malum regum, quorum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis everſit.* Plutarchus ſyntagma ſcripſit de diſtinguendo adulatore ab amico, quod legere juvabit.

XLII. Ageſilaus, ut refert Xenophon ſub fin. Orat. quam de illo ſcripſit, & Plutarchus in Apopht. Laconicis, cum audiret laudatores aut vituperatores aliorum, ajebat, οὐχ ἧττον δεῖν μανθάνειν τὰς τῶν λεγόντων τρόπους, ἢ περὶ ὧν λέγοιεν. *non minus cognoſcendos eſſe mores eorum, qui loquerentur, quam de quibus loquerentur.* Hanc in rem monet Horatius eos, qui cum viris principibus vivunt, l. 1. epiſt. 18. v. 68.

Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpe videto.

XLIII. Scite Julianus Imperator, ut eſt apud Ammia-

XLI. Διόρα δὲ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας, ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν.

XLII. Ἄκουε τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀλλήλων, καὶ πειρῶ γνωρίζειν ἅμα τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ὧν ἂν λέγωσι.

XLIII. Ταῖς αὐτῶν κόλαζε ζημίαις τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας, αἷσπερ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας.

XLIV. Ἄρχε σεαυτοῦ μηδὲν ἧττον ἢ καὶ τῶν ἄλλων· καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον, ἢ τῶν πολιτῶν.

XLV. Μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου, μὴ δ' ἀλογίστως. ἀλλ' ἐκείναις τοῦ διατριβαῖς ἔθιζε σεαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τε ἐπιδώσεις, καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις.

XLVI.

mianum initio lib. 18. *Ecquis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* Itaque Plinius in Paneg. c. 34. & 35. Trajanum summopere laudat, quod delatores acerbissimis suppliciis coerceret.

XLIV. Seneca ep. 113. *Imperare sibi maximum imperium est.* Hinc servus Horatio exprobrat l. 2. Sat. 7. v. 81. *Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser.* Ab Isocrate nostro Euagoras laudatur tamquam ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν, ἀλλ' οὐκ ἀγόμενος ὑπ' αὐτῶν. hoc est *regens voluptates, non rectus ab illis.*

XLV. Advertenda vox συνουσία, & verbum ἐπιδίδωμι. Nam Plato eodem fere modo locutus est sub initium Hippiæ Majoris: ὥς σοι συνόντες πλέον ἂν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδοῖεν. *Ut consuetudine tua majores ad virtutem progressus facerent.* Ad sententiam quod attinet, idem præcipit Theognis, redditque rationem hanc v. 34.

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

A bonis enim bona disces. Sin autem malis
Commiscearis, perdes & illam, quam habes, mentem.

XLVI. Cave credant homines, te in iis rebus præſtare velle, quas perficere & mali poſſunt: ſed te in virtute magnopere jacta, cujus nullam partem mali obtinent.

XLVII. Veriſſimum honorem tibi haberi puta, non ab iis, qui te in publico per metum colunt; ſed ab iis, qui inter ſe colloquentes, magis mentem tuam, quam fortunam laudant.

XLVIII. Siquando contingat, te rebus gaudere minime bonis, vide ne appareat: cum autem in bonis verſaberis, fac ut omnibus manifeſtum ſit.

IL. Ne æquum putes, privatos compoſite & modeſte vivere, reges autem ſine modo & ratione: ſed fac ut moderatio & continentia tua aliis exemplo ſit; tibique perſuade, mores totius civitatis moribus eorum, qui imperant, eſſe ſimiles.

L. Argumentum tibi ſit, te recte gubernare, ſi videas eos, qui gubernantur, ditiores & meliores cura tua eſſe factos.

LI.

XLVI. Ita Nicocles in Oratione, quæ proxime ſequitur, ait ſe eas virtutes ſemper coluiſſe, *ὧν μηδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι, quarum nulla pars improbis ineſt.*

XLVII. Totam hanc ſententiam expreſſit Plinius in exordio Panegyrici de Trajano.

XLVIII. Ratio moniti eſt, quia Principibus, ut ſcribit Tacitus in 4. Annal. c. 40. *præcipua rerum ad famam dirigenda ſunt.*

IL. Eandem ſententiam Iſocrates expreſſit in Orat. Areopagitica, ubi loquitur de Solone & Cliſthene. In bonum exemplum Vellejus lib. 2. c. 126. *Facere recte cives ſuos Princeps optimus faciendo docet; cumque ſit im-*

XLVI. Μὴ φαίνου φιλοπαίγμων ὅτι τοῖς τοιούτοις, ἃ καὶ τοῖς κακοῖς διαφθείρασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπ' ἀρετῇ μεγαφρόνων, ἧς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι.

XLVII. Νόμιζε τῶν πόλεων ἀληθεστάτους εἶναι μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ δόξης γινομένας, ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὐτοῖς ὦσιν, μᾶλλόν σε τῆς γνώμης, ἢ τῆς τύχης θαυμάζωσι.

XLVIII. Λάνθανε μὲν, ἐὰν ὅτι τῷ σοι συμβῇ τῶν φαύλων χαίρειν, ἐνδείκνυσο δὲ περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων.

IL. Μὴ τὸν μὲν ἄλλως ἀξίως κοσμίως ζῆν, τὸν δὲ βασιλέως ἀτάκτως, ἀλλὰ τῆς σεαυτοῦ σωφροσύνης ὑπόδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γιγνώσκων, ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι.

L. Σημεῖον ἔσῳ σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους, καὶ σωφρονεστέρους γιγνομένους διὰ τῆς σῆς ὀπιμέλειαν.

imperio maximus, exemplo major eſt. In malum Cicero de Leg. l. 3. c. 14. *Vitioſi principes non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem; neque ſolum obſunt quod ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſque exemplo, quam peccato nocent*. Plutarchus in ſyntagm. ad Princip. imperit. comparat eum, qui imperat, regulæ; quæ niſi recta ſit, non poteſt ea, quibus applicatur, recta facere. Porro de iis, quæ Princeps facere debet, ut civibus ſuis ad virtutem exemplo ſit, vide Xenophontem in Cyri Pæd. ſub initium lib. 8.

L. Cicero ad Attic. l. 8. ep. 11. *Moderatori reip. beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit*. Et Mæcenas apud Dionem l. 52. p. 481. Τὸν ἄρχοντα δεῖ μὴ μόνον αὐτὸν πάντ' ἃ προσήκει ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅπως ὡς ὅτι βέλτιστοι γίγνωνται, προνοεῖν. *Princeps optimus non ſolum ipſe facere debet, quæ decet, ſed & alii ut quam optimi fiant, curare*.

LI. Melius exiſtima relinquere filiis bonum nomen, quam magnas divitias: iſtæ enim mortales & fluxæ ſunt, illud immortale. Et bono quidem nomine divitiæ parantur, divitiis autem bonum nomen parabile non eſt. Adde quod illis etiam pravi abundant, hoc autem non eſt niſi virorum præſtantium.

LII. In veſtibus totoque corporis ornatu fac ut excellas; in aliis autem rebus temperanter te gere, ſicuti reges decet: ut qui te prodeuntem viderint, ex ore habituque corporis dignum te imperio judicent; qui autem tecum vivunt, propter animi tui ornamenta idem ſentiant.

LIII. Nihil dicas, aut facias, quin prius attente conſideres; ut in errores quam minimos incidas.

LIV. Optimum videtur in re qualibet attingere quod ſummum eſt, & maxime opportunum: id autem quoniam cerni difficile poteſt, ſatius eſt deficere, quam excedere. Etenim modus vim ſuam magis retinet in eo, quod parvum eſt, quam quod nimium.

LV. Eſto civilis & gravis. Alterum enim do-

LI. Auctor epiſt. 2. ad Cæſ. de ordin. rep. c. 7. *Sæpe jam audivi, qui reges, quæ civitates & nationes per opulentiam magna imperia amiſerint, quæ per virtutem inopes ceperant.*

LII. Cyrus, ut eſt apud Xenophontem in Pædia I. 8. p. 163. tum ipſe magnam veſtis totiuſque corporis ornatus curam ſuſcipiebat, tum eos quoque ſuſcipere volebat, quibus magiſtratus mandaret. Contra Livius ſub initium lib. 21. laudat Annibalem, *quod veſtitus ejus nihil inter æquales excelleret.* Sed tunc quidem Annibal nondum erat cum imperio. Ceterum veſtis orna-

LI. Περὶ πλείονος ποιῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δὲ ἀθάνατος· καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτηταὶ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ἀνητή· καὶ τὰ μὲν καὶ τοῖς ῥαιδίοις παραγίγνεται, τὴ δὲ οὐχ οἷόν τε ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι.

LII. Τρύφα μὲν τῇ ἐσθῆσι, καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις, καρτέρει δὲ, ὡς χρὴ τοὺς βασιλέας, ἐν τοῖς ἄλλοις ὅπλισμάσιν. ἵνα οἱ μὲν ὁρῶντες διὰ τὴ ὄψιν ἀξιόν σε τῆς ἀρχῆς εἶναι νομίζωσιν, οἱ δὲ συνόντες διὰ τὴ τῆς ψυχῆς ῥώμην τὴ αὐτὴ ἐκείνοις γνώμην ἔχωσιν.

LIII. Ἐπισκόπει τοὺς λόγους ἀεὶ τοὺς σαυτοῦ, καὶ τὰς πράξεις, ἵν' ὡς ἐλαχίστοις τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς.

LIV. Κράτιστον μὲν τὴ ἀκμῆς τῶν χειρῶν τυγχάνειν· ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμαθήτως ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱρῶ, καὶ μὴ πλεονάζειν· αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν τῇ εὐδείαις, ἢ τῇ ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν.

LV. Ἀσεῖος τοῦ πειρῶ, καὶ σεμνός. τὸ μὲν γὰρ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς σωφροσίας ἁρμόττει.

natus & elegantia amorem conciliat, ut ſcribit Ariſtoteles in l. 2. Rhet. c. 9. t. 105.

LIII. Philoſophi omnes, & rerum moralium magiſtri docent, errata longe plurima, quæ loquendo & agendo committimus, inde oriri, quod res minus attente conſideremus, abrepti nimia quadam ingenii & virium confidentia, levitate, impetu, conſuetudine, impatientia dubitandi. Vide Monitum LXXV. Orationis Primæ.

LIV. Cicero in Orat. c. 22. *Etſi ſuus cuique rei modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum.* Nam etiam in numeris 2. 4. 8. qui ſibi proportione reſpondent, minimus propior eſt medio, quam maximus.

LV. Lampridius in Alexand. c. 1. narrat, *nimiam civilitatem* Alexandro obiectam fuiſſe, quæ imperii poteſtatem contemtibiliorem faciebat. Modum egregie tenuit

τει· χαλεπώτατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ πραγμάτων. εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ τοὺς μὲν σεμνυνομένους ψυχροὺς ὄντας, τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι, ταπεινοὺς φαινομένους.

LVI. Ὅ, τι ἂν ἀκριβῶς εἰδέναι βούλοιο, ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ· τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν τὰς ὁδούς σοι δείξει, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι, δυνάσθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει.

LVII. Θεώρει τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα καὶ τοῖς ἰδιώταις, καὶ τοῖς τυράννοις. ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ.

LVIII. Δεινὸν ἡγοῦ τῶν μὲν ἰδιωτῶν ἐθέλειν τινὰς ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι, τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾷν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσι·

LIX. Βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον, ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν.

hortatione efficere cupientes; veram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam affectantes.

LVII. Plutarchus de liber. educat. scribit, *facta præterita præbere nobis exemplum ad recte consultandum de futuris.* Ἡ τῶν γεγενημένων πράξεων μνήμη τῆς περὶ τῶν μελλόντων εὐβουλίας γίνεται παράδειγμα. Ex Proverbiis Catonian. in Bibl. Alb. Fabricii med. & inf. Lat. p. 53. *Quid cautus caveas, aliena exempla docebunt.*

LIX. Agesilaus moriens, ut narrat Plutarchus in Apophth. vetuit sibi imagines poni. *Siquod*, inquit, *præclarum opus feci, hoc mihi monumentum erit.* Εἴ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖόν ἐστιν. Sumsit, opinor, Plutarchus ex Oratione Xenophontis de Agesilao, ubi eadem fere sententia est, prope finem. Mæcenas quoque monuit Augustum, ne statuas aureas, aut argenteas sibi fieri pateretur, sed potius recte agendo memoriam sui propagaret, ut est apud Dionem l. 2. sub fin. Tiberius apud Tacitum annal. 4. c. 38. *Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & mansuræ.* Loquitur de suis virtutibus.

LX. Cura ut & ipſe in tuto ſis, & urbem tutam habeas. Veruntamen ſi in diſcrimen adductus fueris, elige potius honeſte mori, quam turpiter vivere.

LXI. In omnibus operibus memento dignitatis regiæ; & cura ne quid facias minus dignum amplitudine tanta.

LXII. Ne aſpicias naturam tuam, tamquam totam ſimul perituram; ſed quoniam corpus habes mortale, animam immortalem, cura ut animæ memoriam immortalem relinquas.

LXIII. Exerce te ſermonibus rectis & honeſtis, ut aſſueſcas ſapere ſimilia dictis.

LXIV. Quæ ſcis eſſe optima, hæc facito.

LXV. Quorum laudes æmularis, imitare actiones.

LXVI. Quæ filiis tuis facienda proponeres, hæc te facere æquum cenſe.

LXVII. Utere his, quæ dicta ſunt, vel quære meliora.

LX. Cicero l. 1. Offic. c. 23. *Cum tempus neceſſitaſque poſtulat, decertandum manu eſt, & mors ſervituti turpitudinique anteponenda.* Saluſtius de T. Turpilio Silano Præfecto Vaccæ in Numidia, Jugurt. c. 67. *Quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus inteſtabiliſque videtur.*

LXI. Rationem rei hujus reddit Plutarchus in Præcept. Polit. διὰ δόξαν, ἣν οἱ πολλοὶ περὶ ἀρχῆς, ⸀ πολιτείας ἔχουσιν, ὡς πράγματος μεγάλου, ⸀ καθαρεύειν ἀξίου πάσης ἀτοπίας ⸀ πλημμελείας. *Quia vulgo exiſtimatur, principatum rem magnam eſſe, planeque ejuſmodi, ut errore omni vitioque carere debeat.* Itaque, ut idem ait Plutarchus, non ſolum in publica dicta & facta Principis inquiritur, ſed & in cœnam ejus, & in cubile, & in matrimonium, & in feria, & in ludicra omnia.

LXII.

LX. Μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν σεαυτῷ καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν· ἢν δὲ ἀναγκασθῇς κινδυνεύειν, αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς·

LXI. Ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας· καὶ φρόντιζε, ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσῃς.

LXII. Μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθεῖσαν, ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν·

LXIII. Μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, ἵνα συνεθισθῇς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν.

LXIV. Ἃ δ' ἄν σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει·

LXV. Ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις·

LXVI. Ἃ τοῖς παισὶ τοῖς σεαυτοῦ ἂν συμβουλεύσειας, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου·

LXVII. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων·

LXII. Idem fere Isocrates scribit in Orat. ad Philipp. Τὸ μὲν σῶμα θνητὴν ἔχομεν, ἀθάνατοι δὲ γινόμεθα δι' ἀρετήν. *Corpus quidem mortale habemus, sed immortales virtute fieri possumus.* Utramque sui partem homini considerandam Plinius proponit l. 9. ep. 3. *Omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare: & illos quidem contendere & eniti, hos quiescere & remitti.*

LXIII. Ratio Moniti hujus peti potest a contrario, ut est apud Aristotelem lib. 7. Politic. c. 17. Ἐκ τῆς γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν συνέγγυς. *Nam ex facilitate loquendi turpia quælibet, gignitur & licentia faciendi.*

LXIV. Celeberrimum erat apud Lacedæmonas dictum, quod refert Plutarchus in Apoph. Lac. ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλὰ, οὐ πράσσουσι δὲ. *Sciunt quidem Athenienses quæ sint honesta, sed non faciunt.*

LXVII. Hor. l. 1. ep. 6. *Siquid novisti rectius istis, Candidus imperti; si non, his utere mecum.*

MONITA POLITICA XL.

De officio civis erga Principem

EX ISOCRATIS

Oratione, quæ inſcribitur

NICOCLES, SEU SYMMACHUS,

quæ eſt ordine Tertia.

I. Ubeo unumquemque veſtrum, quæ ſui officii ſunt, ita gerere, ut nec diligentia deſideretur, neque juſtitia. Utra enim in parte deficiatis, non recte procedere quod agitur, neceſſe eſt.

II. Nihil eorum, quæ vobis mandata ſunt, negligatis, aut parvi faciatis; reputantes, non ſingula quidem per ſe tanti eſſe, ſed tamen ex ſingularum partium modo & ratione rem totam vel bene, vel male ſe habere.

III. Curate quæ mea ſunt nihilo ſecius, quam veſtra: nullumque honorem exiguum putetis, qui res meas recte adminiſtrantibus tribuatur.

IV.

I. LOquitur de magiſtratibus, qui peccant tum ſi minus juſte, tum ſi minus diligenter agant; quia tam male agendo, quam nihil agendo negotia corrumpuntur.

II.

ΕΚ ΤΟΥ
ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

Λόγυ τῦ ἐπιγεγραμμμένυ

ΝΙΚΟΚΛΗΣ, Η ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

I. Ημῖ δὴ πράττειν ἔκασον ὑμῶν, ἐφ' οἷς ἐφέσηκεν, ὅπως μελῶς καὶ δικαίως· καθ' ὁπότερον γὰρ ἂν ἐλλίπητέ τι τούτων, ἀνάγκη ταύτῃ κακῶς ἔχειν τὰς πράξεις.

II. Μηδενὸς ὦν ὀλιγωρεῖτε, μηδ' καταφρονεῖτε τῶν προστεταγμένων. ὑπολαμβάνοντες ὡς ἃ μὲν ταῦτ' ἐστίν, ἀλλ' ὡς παρ' ἕκασον τῶν μερῶν, ἢ καλῶς ἢ κακῶς ἔξον τὸ σύμπαν.

III. Κήδεσθε μηδὲν ἧττον τῶν ἐμῶν, ἢ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν· καὶ μὴ νομίζετε μικρὸν ἀγαθὸν τὰς τιμάς, ἃς ἔχουσιν οἱ καλῶς τῶν ἡμετέρων ὑπηρετοῦντες.

IV.

II. Ita Ariſtoteles lib. 5. Polit. c. 8. oſtendit, rempublicam corrumpi per contemtum partium, quæ ipſæ quidem exiguæ ſunt, ſed ex iis totum conſtat, quod non eſt exiguum.

III. Id dicit, opinor, quia qui aulæ dant operam & Regi ſerviunt, iis fere tituli quidam & nomina tribuuntur, quæ magis obſequium, quam honorem ſignificant. Opinione fit, ut ad honorem traducantur.

IV. Alienis abſtinete, ut ſecurius veſtra poſſideatis.

V. Tales oportet vos eſſe erga alios, qualem me erga vos ipſos eſſe cupitis.

VI. Nolite divitiarum potius, quam virtutis famam quærere: quippe ſcitis, & ex Græcis, & ex barbaris qui maximam virtutis opinionem ſibi compararunt, eos plurimis potiri bonis.

VII. Pro certo habete, quæſtus injuſte factos non ad opes augendas valere, ſed periculum creare.

VIII. Ne putetis, accipere quidem lucrum eſſe, dare autem damnum. Neutrum enim horum ſemper eamdem vim habet: ſed quod in tempore, & cum virtute fit, id fructum affert facienti.

IX. Nihil eorum ægre faciatis, quæ ego mandarim. Quicunque enim veſtrum plurimis in rebus ſe mihi utiles præbuerint, ii vel maxime ſuis ipſorum commodis conſulent.

X. Cujuſcunque rei veſtrum quilibet ſibi conſcius fuerit, hanc ne me quidem latere putet: ſed valde ſibi perſuadeat, quamvis corpore abſim, animo tamen rebus omnibus, quæ fiunt, me ſemper adeſſe.

XI. Nihil occultum eſſe velitis nec eorum, quæ poſſidetis, nec eorum quæ facitis, nec eorum quæ facturi eſtis. Neceſſe eſt enim, ut recte noſtis, ea quæ clam fiunt, multos terrores adjunctos habere.

XII.

IV. Vide Ciceronem de Offic. l. 3. c. 5. & ſeq. Ceterum qui ſibi licere vult aliena occupare, idem jus videtur aliis concedere in ſua.

VI. Adverſus illa Lucilii ex incer. Sat. n. 16.

Au-

IV. Ἀπέχεσθε τ̃ ἀλλοτρίων, ἵνα ἀσφαλέστερον τὰς οἴκας τὰς ὑμετέρας αὐτ̃ κεκτῆσθε.

V. Τοιούτους δεῖ) χρὴ πρὸς τὰς ἄλλας ὑμᾶς, οἷόν περ ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς ἀξιοῦτε γίνεσθαι.

VI. Μὴ ἀπόδοτε πλουτεῖν μᾶλλον, ἢ χρησοὶ δοκεῖν δεῖ), γιγνώσκοντες, ὅτι κ̀ τ̃ Ἑλλήνων κ̀ τ̃ βαρβάρων, οἱ μεγίστας ἐπ' ἀρετῇ δόξας ἔχοντες, πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται.

VII. Τὰς χρηματισμὰς τὰς πρ̀ τὸ δίκαιον γιγνομένας ἡγεῖσθε μὴ πλοῦτον, ἀλλὰ κίνδυνον ποιήσειν.

VIII. Μὴ τὸ μὲν λαβεῖν κέρδος δεῖ) νομίζετε, τὸ δ' ἀναλῶσαι ζημίαν· ἑκάτερον γ̀ τούτων ἀεὶ τ̀ αὐτ̀ ἔχει δύναμιν· ἀλλ' ὁπότερον ἂν ἐν καιρῷ κ̀ μετ' ἀρετῆς γίγνηται, τοῦτ' ὠφελήσει τοὺς ποιοῦντας.

IX. Μηδ̀ πρὸς ἓν χαλεπῶς ἔχετε τ̃ ὑπ' ἐμοῦ προσαττομένων· ὅσοι γ̀ ἂν ὑμῶν πρὸ πλείστα τ̃ ἐμῶν χρησίμους αὑτοὺς πρ̀χωσιν, ὅτοι πλείστα τὰς οἴκας τὰς ἑαυτ̃ ὠφελήσουσιν.

X. Ὅτι ἂν ὑμῶν ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ τύχῃ συνειδὼς, ἡγεῖσθω μηδ̀ ἐμὲ λήσειν· ἀλλ' ἐάν κ̀ τὸ σῶμά τ' ἐμὸν μὴ παρῇ, τήνγε διάνοιάν τ̀ ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεσάναι.

XI. Μηδὲν ἀποκρύπτεσθε, μήθ' ὧν κέκτησθε, μήθ' ὧν ποιεῖτε, μήθ' ὧν μέλλετε πράττειν, εἰδότες, ὅτι πρὸς τὰ κεκρυμμένα τ̃ πραγμάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίνεσθαι.

XII.

Aurum atque ambitio ſpecies virtutis utrique eſt: Quantum habeas, tanti ipſe ſies, tantique habearis.

VIII. Itaque ajebat Publius Syrus in Mimis n. 645. *Perdidiſſe mallem, quam accipere turpiter.*

X. Tantam hanc Principis vigilantiam ſignificavit Cardanus de prud. Civil. c. 35. *In tua urbe quidquid eſt, quidquid agitur, diciturve, in digitis habeto.*

XI. Cicero lib. 3. Offic. c. 9. *Honeſta bonis viris, non occulta quæruntur.* Proindeque ad vitandos terrores *hic murus aheneus eſto, nil conſcire ſibi*, ut ait Horatius l. 1. epiſt. 1. v. 70.

XII. Neque callide, neque latenter ad reip. adminiſtrationem contendatis, ſed ita ſimpliciter & aperte, ut etiamſi quis velit, attamen calumniandi rationem non inveniat.

XIII. Actiones expendite: & eas quidem malas judicate, quas mihi clam eſſe velitis; bonas autem, quibus ego cognitis, vos meliores exiſtimarim.

XIV. Nolite diſſimulare, ſiquos videritis adverſus imperium meum peccare, & improbe agere: ſed arguite, & reputate, eadem pœna dignos eſſe delicta celantes, ac facientes.

XV. Felices habete non eos, qui latent, ſiquid mali fecerint, ſed qui nihil mali faciunt. Æquum enim demum eſt, priores illos debitas factis aliquando pœnas dare, alteros autem parem meritis gratiam conſequi.

XVI. Neque ſodalitia, neque coitiones faciatis ſine auctoritate mea. Iſtiuſmodi enim conventus in alio reipublicæ genere utiles ſunt, in regno non carent periculo.

XVII. Cavete non modo a delictis, ſed etiam ab iis ſtudiis, in quæ neceſſario delicti ſuſpicio cadit.

XVIII. Benevolentiam erga vos meam tutiſſimam & firmiſſimam fore, confidite.

XIX. Cuſtodite præſentem civitatis ſtatum, nulla rerum mutatione quæſita; reputantes iſtiuſmodi perturbationibus & civitates neceſſario perdi, & privatas domos everti.

XX.

XV. Cicero lib. 3. Offic. c. 8. *Satis nobis perſuaſum eſſe debet, ſi omnes Deos homineſque celare poſſimus, nihil*

XII. Μὴ τεχνικῶς ζητεῖτε πολιτεύεσθαι, μὴ δ' ἀφανῶς, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς καὶ φανερῶς, ὥστε μηδ' ἄν τις βούληται, ῥᾴδιον εἶναι ὑμᾶς διαβάλλειν·

XIII. Δοκιμάζετε τὰς πράξεις, καὶ νομίζετε πονηρὰς μὲν, ἃς ἂν πράττοντες ἐμὲ βούλησθε λανθάνειν, χρηστὰς δὲ, περὶ ὧν ἂν ἐγὼ μέλλω πυθόμενος, βελτίους ὑμᾶς νομιεῖν.

XIV. Μὴ κατασιωπᾶτε, ἐάν τινας ὁρᾶτε περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν πονηροὺς ὄντας, ἀλλ' ἐξελέγχετε, καὶ νομίζετε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν·

XV. Εὐτυχεῖς νομίζετε μὴ τοὺς λανθάνοντας, ἐάν τι κακὸν ποιήσωσιν, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν ἐξαμαρτάνοντας· τοὺς μὲν γὰρ εἰκὸς τοιαῦτα παθεῖν οἷάπερ αὐτοὶ ποιοῦσι, τοὺς δὲ χάριν ἀπολαβεῖν, ἧς ἄξιοι τυγχάνουσιν ὄντες.

XVI. Ἑταιρίας μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης· αἱ γὰρ τοιαῦται συστάσεις, ἐν μὲν τοῖς ἄλλαις πολιτείαις πλεονεκτοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς μοναρχίαις κινδυνεύουσι.

XVII. Μὴ μόνον ἀπέχεσθε τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν τοιούτων, ἐν οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑποψίαν γίνεσθαι.

XVIII. Τὴν ἐμὴν φιλίαν ἀσφαλεστάτην καὶ βεβαιοτάτην εἶναι νομίζετε.

XIX. Διαφυλάττετε τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ μηδεμιᾶς ἐπιθυμεῖτε μεταβολῆς, εἰδότες, ὅτι διὰ τὰς τοιαύτας ταραχὰς ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους ἀναστάτους γίγνεσθαι.

XX.

hil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

XIX. Petrarcha de Rep. administr. *Augusti est notissimum illud: Quisquis præsentem statum civitatis commutari non vult, & civis, & vir bonus est.*

XX. Scitote, non in Principum ingeniis dumtaxat poſitum eſſe, ut ii demum faciles, vel difficiles ſint, ſed etiam in moribus civium. Multi enim aſperius imperare coacti ſunt, quam vellent, propter improbitatem illorum, quibus imperabant.

XXI. Bono animo eſtote, non propter manſuetudinem & lenitatem meam, ſed propter virtutem veſtram.

XXII. Sic velim exiſtimetis, ſecuritatem meam eſſe ſecuritatem veſtram. Rebus enim meis recte conſtitutis, recte erit etiam veſtris.

XXIII. Oportet, vos modeſte obſequi imperio meo, ſervantes inſtituta legeſque regias; ſplendide autem munia civitatis obire, & negotia gerere, quæ ego mandarim.

XXIV. Excitate juniores ad virtutem, non adhortantes modo, ſed factis oſtendentes, quales deceat eſſe bonos viros.

XXV. Facite, ut filii veſtri ſciant Regi parere, & in hujus maxime virtutis ſtudio verſari aſſueſcant. Nam ſi parere didicerint, multo melius imperare poterunt.

XXVI. Si fideles nobis, juſtique fuerint, in partem venient bonorum noſtrorum; ſin autem improbi, ſua quoque in diſcrimen adducent.

XXVII. Maximas vos & firmiſſimas opes filiis veſtris relicturos credite, ſi benevolentiam illis noſtram relinquere poſſitis.

XXVIII.

XXI. Huc referri poteſt, quod eſt in P. Syri Mimis n. 593. *Oportet ut bonum peccandi odio, non metu facias.*

XXII.

XX. Μὴ μόνον τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε τοῦ χαλεποὺς, ἢ πράους εἶναι τοὺς τυράννους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῶν πολιτῶν· πολλοὶ γὰρ ἤδη διὰ τὸν τῶν ἀρχομένων κακίαν, τραχύτερον ἢ κατὰ τὸν αὐτῶν γνώμην ἄρχειν ἠναγκάσθησαν·

XXI. Θαῤῥεῖτε μὴ διὰ τὸν ἐμὴν μᾶλλον πραότητα, ἢ διὰ τὸν ὑμετέραν αὐτῶν ἀρετήν.

XXII. Τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν, ἀδειαν ἑαυτοῖς εἶναι νομίζετε· καλῶς γὰρ τῶν περὶ ἐμὲ καθεστώτων, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ περὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ἕξει.

XXIII. Ταπεινοὺς μὲν εἶναι χρὴ πρὸς τὸν ἀρχὴν τὸν ἐμὴν, ἐμμένοντας τοῖς ἤθεσι, καὶ διαφυλάττοντας τοὺς νόμους τοὺς βασιλικούς· λαμπροὺς δ' ἔντε τοῦ ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις, καὶ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ προσταττομένοις.

XXIV. Προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ' ἀρετὴν, μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις ὑποδεικνύντες αὐτοῖς, ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθούς.

XXV. Διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι, καὶ περὶ τὴν παίδευσιν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς ἐθίζετε αὐτοὺς ὡς μάλιστα διατρίβειν· ἐὰν γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνήσονται·

XXVI. Πιστοὶ μὲν ὄντες καὶ δίκαιοι μεθέξουσι τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, κακοὶ δὲ γενόμενοι κινδυνεύσουσι περὶ τῶν ὑπαρχόντων·

XXVII. Μέγιστον ἡγεῖσθε τοῖς παισὶ καὶ βεβαιότατον πλοῦτον παραδώσειν, ἐὰν αὐτοῖς δύνησθε τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν καταλιπεῖν·

XXVIII.

XXII. Plinius ad Trajanum in Panegyr. c. 72. *Obsecramus Deos, ut uni tibi faveant; quia in te & tute ipse, & respublica, & nos sumus.*

XXV. Cicero lib. 3. de Leg. c. 2. *Qui modeste paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse.*

XXVIII. Sic vobis perſuadete, miſerrimos & infeliciſſimos eſſe, qui obſtrictam alicui fidem prodiderunt. Neceſſe eſt enim, iſtiuſmodi homines trepide agere, undique ſibi timere, totoque vitæ tempore non magis amicis, quam inimicis credere.

XXIX. Æmulamini non eos, qui plurima poſſident, ſed qui recte poſſident, nulliuſque ſceleris ſibi conſcii ſunt.

XXX. Ne putetis, improbitatem plus commodi afferre, quam virtutem; nomen autem deterius habere: ſed qualia res ſingulæ ſortitæ nomina ſunt, talem prorſus earum eſſe vim & naturam, exiſtimate.

XXXI. Nolite invidere iis, qui primas tenent apud me: ſed contendite & efficite virtute ac probitate, ut illis pares ſitis.

XXXII. Amore & honore dignos judicate, quos Rex ipſe amat & honorat; ut eodem apud me loco eſſe poſſitis.

XXXIII. Ut, præſente & audiente me, loqui ſoletis; ita me abſente, ſentire vos decet ac judicare.

XXXIV. Benevolentiam erga nos veſtram factis potius oſtendite, quam ſermonibus.

XXXV. Quæ vobis ab aliis fieri indignamini, ea ipſi aliis ne faciatis.

XXXVI. Quæ verbis reprehendere ſoletis, ea ne faciendo ſequamini.

XXXVII.

XXIX. Horatius l. 4. Od. 9.

Non poſſidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter uti,

Du-

XXVIII. Ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθε καὶ δυσυχεστάτους ὅσοι περὶ τοὺς πιστεύσαντας ἄπιστοι γεγόνασιν· ἀνάγκη γὰρ τοὺς τοιούτους ἀθύμως ἔχοντας καὶ φοβουμένους ἅπαντα, καὶ μηδὲν μᾶλλον πιστεύοντας τοῖς φίλοις ἢ τοῖς ἐχθροῖς τὸ λοιπὸν χρόνον διάγειν.

XXIX. Ζηλοῦτε μὴ τοὺς πλεῖστα κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν κακὸν σφίσιν αὐτοῖς συνειδότας.

XXX. Μὴ τὴν κακίαν δυνάσθαι μὲν πλέον τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν νομίζετε, τὸ δ' ὄνομα δυσχερέστερον ἔχειν. ἀλλ' οἵωνπερ ὀνομάτων ἕκαστα τῶν πραγμάτων τετύχηκε, τοιούτους ἡγεῖσθε καὶ τοὺς δυνάμεις αὐτῶν εἶναι.

XXXI. Μὴ φθονεῖτε τοῖς παρ' ἐμοῦ πρωτεύουσιν, ἀλλὰ ἀμιλλᾶσθε καὶ πειρᾶσθε χρησιμους ὑμᾶς αὐτοὺς παρέχοντες ἐξισοῦσθαι τοῖς προέχουσι.

XXXII. Φιλεῖν οἶσθε δεῖν καὶ τιμᾶν, ὅς περ ἂν καὶ βασιλεύς, ἵνα καὶ παρ' ἐμοῦ τυγχάνητε τῶν αὐτῶν τούτων.

XXXIII. Οἷα περ παρόντῳ ἐμοῦ λέγετε, τοιοῦτο καὶ ἀπόντῳ φρονεῖτε.

XXXIV. Τὴν ἄγνοιαν τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθε μᾶλλον, ἢ τοῖς λόγοις.

XXXV. Ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε.

XXXVI. Περὶ ὧν ἂν ἐν τοῖς λόγοις κατηγορεῖτε, μηδὲν τούτων ἐν τοῖς ἔργοις ὑπομένετε.

Duramque callet pauperiem pati,
Pejuſque leto flagitium timet.

XXXII. M. Terentius hac ipſa de cauſſa excuſat Tiberio amorem ſuum & obſequium erga Seianum apud Tacitum lib. 6. Annal. c. 8. *Tuum, Cæſar, generum, tui conſulatus ſocium, tua officia in rep. capeſſentem colebamus. Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra ceteros, & quibus de cauſſis extollas.*

XXXV. Ita in ſ. litteris Matthæi c. 7. n. 12. *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Similia prorſus habet & D. Lucas in c. 6. n. 31.

XXXVII. Talia a nobis expectate, quales ipſi erga nos eritis.

XXXVIII. Bonos ne laudetis dumtaxat, ſed etiam imitamini.

XXXIX. Verba mea pro legibus habete, conſtanterque ſervate. Quicunque enim ex vobis ita ſe geſſerint, ut ego volo, iis maxime vivere licebit, ut ipſi voluerint.

XL. Caput omnium, quæ diximus, eſt, ut qua ratione eos, qui vobis parent, erga vos eſſe vultis, eadem ipſi erga me & imperium meum affecti ſitis.

XXXVII. Ex illo Publii Syri in Mimis n. 4.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.

XXXVII. Τοιαῦτα προσδοκᾶτε πράξειν, οἷα ἂν περὶ ὑμῶν διανοῆσθε.

XXXVIII. Μὴ μόνον ἐπαινεῖτε τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθε.

XXXIX. Τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς νόμους εἶναι νομίζετε, καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες, ὅτι τοῖς μάλιστα ποιοῦσιν ὑμῶν ἃ βούλομαι, τούτοις ἐξέσται ζῆν, ὡς αὐτοὶ βούλονται.

XL. Κεφάλαιον τῶν εἰρημένων, οἵους περ ἂν τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχομένους οἴεσθε δεῖν περὶ ὑμᾶς εἶναι, τοιούτους χρὴ περὶ τὸν ἄρχοντα τὸν ἐμὲ ὑμᾶς γίνεσθαι.

XL. Poſtremum hoc plura continet. Ceterum ne mireris, Monita de officio civis erga Principem eſſe pauciora: nam ſequi facilius eſt, quam ducere.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A

ACcipere non ſemper eſt lucrum. pag. 74
Adoleſcentis mores quibus virtutibus contineantur. 14
Adulatores cognoſcendi. 62. fugiendi. 30. 31
Alexandro Imperatori nimia civilitas objecta eſt. 67
Alienis abſtinendum. 74
Amandi ſunt, quos Princeps amat. 80. 81
Amici Principum quinam maxime eſſe debeant. 60. 61. 62
Loquendi libertas illis concedenda. Ibid.
Amicitia quibuſcum, & quomodo inſtituenda ſit. 24. 25
Amicitiæ quærendæ initium laus eſt. 34
Amicis quæ & quomodo communicanda. 36
Amicis quomodo ſit benefaciendum. 26. 52
Annibal veſtium curam non ſuſcipiebat. 66

B

BEllicoſus qua ratione Princeps eſſe debeat. 56. 57
Benefaciendum bonis. 30. 31
Beneficium non ſine gratia faciendum. 32. 33
Benevolentia civium Principis cuſtodia eſt. 54
Benevolentia Principis firma. 76

Benevolentia factis oſtendenda. 80
Bona a bonis diſcuntur. 63
Boni non modo laudandi, ſed imitandi. 82

C

CAlamitas nemini exprobranda. 30
Calumniatores puniendi. 62
Civilitas Principi neceſſaria. 66. 67
Civitas magna quæ. 46
Civitatis munia ſplendide obeunda. 78
Clinias Pythagoricus. 23. 24
Comitas & affabilitas. 20. 32
Compotationes vitandæ. 34
Conſultandum lente. 36
Contentiones vitandæ. 32
Contentiones quibus de rebus ſuſcipiendæ. 58
Corporis cuſtodia quæ ſit validiſſima: 54
Κόσμος quid ſit. 15
Crimina celantes & facientes eadem pœna digni. 76
Criminationes diluere oportet, etiamſi falſæ ſint. 16. 17
Cupiditas diſcendi. 18
Cyri cura de corporis ornatu. 66

D

Δαιμόνιον quid ſignificet. 13
Dei timor quid ſit. 16
Deus quomodo colendus. 12. 52. 53
Depoſita verborum fidelius ſervanda, quam pecuniarum. 22
Diligentia. 72

Dio-

Dionyſii Alicarnaſſei judicium de Oratione Iſocratis prima. Ep. ad Lect. & p. 20. De aliis duabus. 84
Divitiæ quatenus quærendæ. 28. 66. 74
Dona ferentes quomodo accipiendi. 54. 55

E

EBrietas damnatur, & excuſatur. 34. 35
Exercitationes quatenus adhibendæ. 14
Experientia Principi neceſſaria. 68
Explorandi illi, quibuſcum vivimus. 62

F

FAma divitiarum quanti ſit. 74
Fidem qui prodiderunt, infeliciſſime vivunt. 80
Filii ad recte parendum inſtituendi ſunt. 78
Filiis relinquenda benevolentia Principis. 78
Forenſes advocationes damnoſæ. 50
Fortuna a Deo petenda. 36
Frui anima. 29

G

GLadio ignem ſcrutari, quid ſit. 33
Gravitas quatenus Principibus conveniat. 68
Gubernanda civitas, ut domus. 52
Gubernat recte qui, quos gubernat, meliores facit. 64

INDEX RERUM

H

HArpocration caſtigatus. 23
Henrici Stephani judicium de auctore iſtarum Orationum. Ep. ad Lect.
Hermogenis judicium de auctore Orationis primæ. Ep. ad Lect.
Homo ſe hominem eſſe meminerit. 22. 35
Honorandi ſunt, quos Princeps honorat. 80. 81
Honores qui quibus tribuendi. 52
Hoſpites excipiendi. 54. 55
Humana cito labuntur. 42

I

IMagines animi potius quam corporis relinquendæ. 68. 69
Imperio dignus eſt, qui recte paret. 78. 79
Inferiores quomodo tractandi. 58
Inimicis malefaciendum Ethnici putabant. 26
Aliter Chriſtiani. 27
Ira amicorum quomodo caſtiganda. 32
Per iram nihil agendum. 56
Ironia iram parit. 33
Iſocrates Dionyſii ſodalis auctor orationis primæ. 20
Iſocrates varii. Ep. ad Lect.
Iſocratis ſenioris laus. 84
Itinera a Philoſophis ſuſcepta doctrinæ quærendæ gratia. 19
Judicia ne fiant ad gratiam. 50
Jusjurandum cuſtodiendum. 12. 22
Quando accipiendum. 22. 23. 24

Juſtus quomodo præſtet injuſto. 48

L

Lætandum & dolendum caute. 42. 43
Leges num ſint mutandæ. 50. 51
Carere debent ambiguitatibus. 50
Legis loco habenda ſunt verba Principis. 82
Lingua ne præcurrat mentem. 42. 66

M

Magiſter honorandus. 14
Magiſtratus non callide quærendi. 76
Magnanimus qui ſit habendus. 58
Magnificentia ubi oſtentanda. 52
Mens bona. 40. 41
Miniſtrorum culpa in Principem & Magiſtratum rejicitur. 38. 39. 60
Modus optimus in re qualibet. 58. 59
Mordax reprehenditur. 34
Mores civium moribus Principum conformantur. 64
Mors honeſta præferenda eſt vitæ minus honeſtæ. 44. 45. 70
Multitudo in primis bono Principi curanda videtur. 48. 49. 50
Mutationes rerum noxiæ. 76

N

Negotiationes in civitate conſtituendæ. 50
Nimium fere magis offendit, quam parum. 66. 67

Nomen bonum præſtat divitiis. 66
Nomina rerum qualia ſunt, tales ſunt res. 80

O

Occulta non quærenda, ſed bona & honeſta. 75. 76
Occultum nihil debet eſſe Principi. 74. 75
Optima invenienda, vel inventis utendum eſt. 50
Optima non cognoſcenda ſolum, ſed facienda. 70
Ὄρκος ἐπακτὸς quid ſit. 23

P

Παιδεία quid ſit. 35
Parentes honorandi. 12. 13
Partes continent totum. 72. 73
Paupertas juſta melior eſt, quam divitiæ injuſtæ. 40
Pecuniæ debet eſſe modus. 28
Quinam ſit uſus. ib. & 29
Pejores non debent imperare melioribus. 48
Peritia rerum. 34
Philoponus quid. 40. 41
Philoſophia Principi neceſſaria. 68
Placere ſibi nemo debet. 14. 15
Plebis ratio in gubernanda civitate quomodo ſit habenda. 50
Poetæ legendi ſunt. 48
Prava neque facienda, neque ullo modo defendenda. 38. 39
Præterita Principi reſpicienda. 68. 69

Primoribus non invidendum. 80
Principatus quinam ſit optimus. 58. 59
Principem nihil eorum latere debet, quæ in urbe fiunt. 74. 75
Principis ſecuritas civium quoque ſecuritatem parit. 78
Principum ingenium ſequitur aliquando civium mores. 78

Q

QUæſtus ex bona fama. 20. 21
Quæſtus injuſtus. 40. 74
Querulus non ferendus. 32

R

REgia dignitas Regi ſemper conſideranda eſt. 70
Regnum tale eſt, qualis rex. 46
Regum mores imitandi. 38
Regum placita debent eſſe immutabilia. 52
Rex ſuperare cives ſuos virtute debet. 46. 47
Rex amare populares ſuos debet. 48
Rex bonus, pater bonus. 49
Riſus effuſus vitari debet. 14

S

SAcrificia quatenus facienda. 12
Sævitia & ſeveritas quoque vitanda. 56
Salutare obvios officii eſt. 20
Sapere aliis minime poteſt, qui ſibi ipſe deſipuit. 36. 37

Sapiens eſt, tum qui per ſe ſcit, tum qui per alios. 51
Scelera latere nequeunt. 14. 15
Scientia quanti facienda. 18
Sermo quando ſit opportunus. 42. 43
Sermones debent eſſe honeſti. 70. 71
Silentium nunquam pœnitentiam parit. 43
Sodalitia & coitiones. 76
Sophiſtæ audiendi ſunt. 48
Superbia vitanda. 32
Superbus vultus non eſt ferendus. 14
Suſpicio delicti vitanda. 76

T

TEmeritas parit calamitates. 36
Tempus omnia retegit. 17
Timeri qui vult, timeat neceſſe eſt. 26
Timor civitati auferendus. 56
Timor Dei quo referatur in ſacris litteris. 16
Turpia non modo non facienda, ſed neque dicenda. 14. 15. 71

V

VEritas & fides Regi colenda. 54
Veſtis debet eſſe munda & elegans. 26. & ſeq.
Veſtium cura ſuſcipienda illi, qui eſt in Magiſtratu. 66
Virtus a Deo petenda contra Ethnicos. 37
Virtutis fama melior, quam divitiarum. 74
Vita in tuto agenda. 44
Vitæ dedecus magis vitandum, quam periculum. 42. 43

Voluptates quænam ſint quærendæ. 16
Voluptati non eſt ſerviendum. 22. 62. 63
Vultuoſus homo ferendus non eſt. 14. 15

X

XEnocrates jurare prohibitus in judicio, cum teſtimonium diceret. 22

Z

ZAleucus incipit leges ſuas a cultu Deorum. 12

FINIS.

NOI RIFORMATORI

dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, e Approvazione del P. F. *Paolo Tommaſo Manuelli Inquiſitore di Venezia*, nel Libro intitolato: *Monita Iſocratea &c. Editio Secunda*, non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampatore di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 29. Agoſto 1741.

(Gio. Emo Proc. Rif.
(Gio. Alviſe Mocenigo Rif.
(

Reg. in libro a carte 11.
1741. 5. Sett.

Agoſtino Bianchi Segret.

Reg. nel Mag. Ecc. degli Eſecutori contro la Beſtemmia.

Alviſe Legrenzi Segret.

Digitized by Google